ſimplex obedientia: q̄ omnis ſecularis aſtutia. Tunc plus letificabit pura et bona cóſciētia: q̄ docta philoſophia. Tunc plus ponderabit contemptus diuitiaꝝ: q̄ totus theſaurus terrigenarū. Tūc magis ꝯſolaberis ſup deuota oratione: q̄ ſuper delicata comeſtione. Tunc potius gaudebis de ſeruato ſilentio: q̄ de longa fabulatiōe Tūc plus valebūt ſācta opera: q̄ multa pulchra verba. Tūc plꝰ placebit ſtricta vita et ardua penitentia: q̄ omnis delectatio terrena. Diſce nūc in modico pati vt tunc a grauioribus valeas liberari. Hic primo proba qd poſſis pati poſtea: Si nunc tam parum non vales ſuſtinere: quomodo poteris tunc eterna tormēta ſufferre? Si modo modica paſſio tam ī patientē efficit quid gehenna tunc faciet? Ecce vere non potes duo gaudia habere: delectari hic in mundo: et poſtea regnare in celo cū chriſto. Si vſq; in hodiernū diē ſemp in honoribꝰ et voluptatibꝰ vixiſſes: quid totū tibi ꝓfuiſſet: ſi iā ī īſtāti mori ꝯtingeret? Oīa ergo vanitas ꝑter amare deū: et illi ſoli ſuire. Qui n. deū ex toto corde amat: nec mortē nec ſupplicīū nec iudiciū nec in ſerenū metuit: qa ꝑfectus amor ſecurū acceſſū ad deū facit. Quē autē adhuc peccare delectat: nō mirū ſi mortē ꝛ iudiciū timeat. Bonū tn̄ ēvt ſi necdū amor a malo te reuocat: ſaltē timor gehēnalis coerceat. Qui vero

timorē dei postponit:diu stare in bono nō vale
bit:sed diaboli laqueos citius incurret. ¶ De
feruēti emēdatiōe toti⁹ vite nr̄e ¶ Ca.xxv.
eSto vigilās ⁊ diligens in dei seruitio ⁊ co-
gita frequenter ad quid venisti et cur secu
lum reliquisti. Nōne vt deo viueres:et spiritua
lis homo fieres. Igit̄ ad perfectum ferueas: qa
mercedē laborū tuorū in breui recipies:nec e-
rit tunc āplius timor aut dolor in finibus tuis.
Modicū nunc laborabis et magnam requiem
immo perpetuam letitiam inuenies. Si tu per-
manseris fidelis et feruidus in agendo: deus p
culdubio erit fidelis ⁊ locuplex in retribuendo
Spem bonam retinere debes ꝙ ad palmā per-
uenies:sed securitatem capere nō oportet ne tor
peas aut elatus fias. Cum.n.quidā anxius int̄
metū et spē frequēt̄ fluctuaret ⁊ q̄dā vice merore
ꝯfect⁹ i ecclesia añ q̄dā altare se in orōne ꝓstra-
uisset hec int̄ se reuoluit dicēs. O si scirē ꝙ ad-
huc ꝑseueraturus essē:statimq̄ audiuit int⁹ di-
uinū respōsū. Quid si hoc scires facē velles? Fac
nūc quod tūc facere velles et bene securus eris.
Moxq̄ ꝯsolat⁹ ⁊ ꝯfortat⁹ diuine se ꝯmisit volūtati
⁊ cessauit āxia fluctuatō: noluitq̄ curiose iuesti
gare vt sciret q̄ sibi essēt futa sꝫ magis studuit ī
q̄rē que eēt volūtas dei bn̄placēs ⁊ ꝑfcā ad oē o
p⁹ bonū ichoādū ⁊ ꝑficiēdū. Spa ī dn̄o ⁊ fac boī

tatē aït pphetа:et in habita terram et pasceris in diuiciis eius. Vnū est ꝙ multos a profectu et feruenti emēdatione retrahit:horror difficultatis seu labor certaminis. Eniuero illi maxime pre aliis invirtutibus pficiūt q ea q̄ sibi magis grauia etꝯtraria suntviribꝰ vincere nitūtur Nā ibi homo plꝰ pficit et gratiā meretur āplioręvbi magis seipm vincit et in spū mortificat. Sed nō oēs habēt eque multū advincēdū ⁊ moriēdum. Diligēs tamē emulator valentior erit ad pficiēdū etiā si plures habeat passiones q̄ alius bene morigeratꝰ:minꝰ tn̄ feruēs advirtutes. Duo tamē specialiter ad magnā emēdationē iuuātvidelicet subtrahere sevioleter ad qđ naturavitiose inclinatᷣ:et feruent instare pro bono quo ampliꝰ quis indiget. Illa etiā studeas magis cauere etvincere que tibi frequentiꝰin aliis displicēt. Vbiqꝫ pfectū tuū capiasvt si bona ex ēplavideasvel audias ad imitādū accēdaꝛis. Si quid autē reprehensibile ꝯsideraueris:caue ne idem facias:aut si aliqn̄ fecisti: citius emendare te studeas. Sicut oculus tuꝰ alios ꝯsiderat:sic iterū ab aliis notaris. Quā iocūdū et dulce ē vidère feruidos et deuotos fratres bn̄ morigeratos et disciplinatos:q̄ triste est ⁊ grauevidere īordinate ābulātes q ea ad q̄vocati sūt nō exercēt. Quā nociuū ē negligē vocatōis sue ppositū

⁊ ad nō ꝯmissa sēsū inclinare. Memor esto arrepti ꝓpositi: ⁊ imaginē tibi ꝓpone crucifixi. Bene verecūdari potes īspecta vita iesu christi: qa necdū magis illi te ꝯformare studuisti: licꝫ diu in via dei fuisti. Religiosus qui se ītēte et deuote in sctissima vita et passiōe dn̄i exercet oīa vtilia ⁊ necessaria sibi abundāter ibi īueniet: nec opꝰ est vt extra iesū aliqd meliꝰ q̄rat. O si iesus crucifixus in cor nr̄m veniret q̄ cito et sufficienter docti essemꝰ. Religiosus feruidꝰ oīa bn̄ portat et capit q̄ illi iubet̄. Religiosus negligēs et tepidꝰ hꝫ t̄bulatōnē sup tribulationē ⁊ ex oī pte patit̄ āgustiā. qa int̄iori ꝯsolatōe caret ⁊ exteriorē q̄rere ꝓhibet̄. Religiosus extra disciplinā viuēs graui ruine patet. Qui laxiora q̄rit ⁊ remissiora sēp in āgustiis erit. qa aut vnū aut reliquū sibi displicebit. Quomodo faciunt tā multi alii religiosi q satis arcti sūt sub disciplīā claustrali Raro exeūt: abstracte viuūt: pauperrime comedunt: grosse vestiūtur: multū laborāt parū loquūtur diu vigilāt: mature surgūt: orationes ꝓlōgāt: freq̄ter legunt: et se in oī disciplina custodiūt Attēde carthusiēses/cistercīēses ⁊ diūse religionis monachos ac moniales qualit̄ oī nocte ad psallēdum dn̄o assurgūt. Et ideo turpe est vt tu deberes in tā sācto opere pigritare: vbi tāta mlt̄itudo religiosorū īcipit deo iubilare. O si nihil

B. sanctae Genovefae paris.

aliud faciẽdũ incũberet: nisi dñm deum nostrũ toto corde,et ore laudare. O si nũq̃ indigeres comedere nec bibere nec dormire: sed sẽp posses deũ laudare:et solũmodo spiritualibus studiis vacare:tũc multo felitior esses:q̃ modo cum carni ex qualicunqꝫ necessitate seruis. Vtinaȝ nõ essent iste necessitates: sed solummodo spirituales anime refectiones quas heu satis raro degustamus. Quando homo ad hoc ꝑuenit ꝙ de nulla creatura consolationem suam querit: tunc ei deus primo perfecte sapere incipit: tunc etiam bene contentus de omni euentu rerum erit:tũc nec pro magno letabitur:nec pro modico contristabitur:sed ponit se integre ⁊ fiducialiter ĩ deo qui est ei omnia in omnibus:cui nihil vtiqꝫ perit nec moritur:sed omnia ei viuunt et adnutuȝ sui incunctanter deseruiunt. Memento semper finis:et quia perditum non redit tempus. Sine sollicitudine et diligentia nunq̃ acquires virtutes. Si incipis tepescere:incipies male habere. Si autem dederis te ad feruorem:inuenies magnam pacem: et senties leuiorem laborem propter dei gratiam et virtutis amorem. Homo feruidus et diligens ad omnia est paratus. Maior labor est resistere vitiis ⁊ passionibus:q̃ corporalibus insudare laboribus Qui paruos non vitat defect⁹:paulatim labiẜ ad maiores. Gau

debis semper vespere:si diem expendas fructuose. Vigila super teipsum:excita teipsum:admone teipsum: et quicquid de aliis sit:nō negligas teipsum. Tantum proficies quantum tibi ipsi vim intuleris

Explicit liber primus

Incipit secūdus de interna ꝯuersatōe Ca.i

REgnū dei intra vos est dicit dominus. Conuerte te ex toto corde tuo ad dn̄m et relinque hunc miserum mundum ⁊ inueniet anima tua requiem. Disce exteriora comtennere et ad interiora te dare:⁊ videbis regnum dei in te venire. Est enī regnum dei pax et gaudium in spiritu sancto:quod non datur impiis. Veniet ad te christus ostendens tibi consolationē suam:si dignam illi ab intus parateris mansionem. Omnis gloria eius et decor ab intra est:et ibi complacet sibi. Frequens illi visitatio cum homine interno:dulcis sermocinatio:gratia:cōsolatio:multa pax:familiaritas stupenda nimis. Eya anima fidelis prepara huic sponso cor tuum:quatenꝰ ad te venire et in te habitare dignetur. Sic enim dicit. Si quis diligit me sermonē meum seruabit:et ad eum veniemꝰ et mā̄sionē apud eum faciemus. Da ergo christo locū ⁊ cetis oībꝰ nega introitū. Cū christū habueris:diues es ⁊ sufficit tibi. Ipe erit puisor tuꝰ ⁊

fidelis pcurator in oib⁹ vt nō sit op⁹ tibi in hoi-
bus sperare. Homines.n.cito mutant̃ ⁊ defici-
untvelociter: christ⁹ aūt manet in eternū ⁊ astat
vsq͡ꝫ infinē firmiter. Nō est magna fidutia po-
nēda in hoīe fragili ⁊ mortali: etiā si vtilis sit et
dilect⁹: neq͡ꝫ tristitia multa capiēda ex hoc si in
terdū aduerset̃ ⁊ cōtradicat. Qui hodie tecū sūt
cras cōtrariari possūt et econuerso sepe vt aura
vertūtur. Pone totā fiduciā tuā in dn̄o et sit ipe
timor tuus ⁊ amor tu⁹. Ipse pro te respōdebit et
faciet bn̄ sicut melius fuerit. Nō habes hic ma
nētem ciuitatē: ⁊ vbicūq͡ꝫ fueris extrane⁹ es ⁊ pe
regrinus: nec requiē aliquādo habebis: nisi chri
sto intime fueris vnit⁹. Quid hic circūspicis cū
iste non sit locus tue requietionis In celestibus
debet esse habitatio tua: ⁊ sicut in transitu cūcta
terrena sūt aspiciēda: trāseūt oīa et tu cū eis pa-
riter. Vide vt nō in hereas ne capiaris et pere
as. Apud altissimū sit cogitatio tua: ⁊ depreca-
tio tua: ad christū sine intermissione dirigat̃. Si
nescis alta speculari ⁊ celestia: reqesce in passio
ne christi: ⁊ in sacris vulneribus eius libēter ha
bita. Si.n. ad vulnera ⁊ pciosa stigmata iesu de
uote ꝯfugis: magnā in t̃bulatōe cōfortatōnē sē-
ties nec multū curabis hoīm despectōes facilit̃
q͡ꝫ verba detrahētiū pferes. Christus fuit etiam
in mūdo ab hominib⁹ despectus: et in maxima

necessitate a notis et amicis int̃ opprobria de-
relictus. Christ⁹ pati voluit et despici: tu audes
de aliquo cõqueri. Christ⁹ habuit aduersarios
et oblocutores: et tu vis oẽs habere amicos ⁊ be
nefactores. Vñ coronabit̃ patiẽtia tua: si nil ad
uersitatis occurrerit? Si nihil cõtrariũ vis pati:
quomodo eris amic⁹ christi? Sustine te cũ chri-
sto ⁊ ꝑ christo: si vis regnare cũ christo. Si semel
ꝑfecte introisses in ĩteriora iesu ⁊ modicũ de ar
dente eius amore sapuisses: tũc de ꝓprio como-
do vel ĩcomodo nihil curares: sed magis de op-
probrio illato gauderes. qa amor iesu facit ho-
minẽ seipm̃ cõtennere. Amor iesu et ver⁹ inter
n⁹ ⁊ liber ab affectionib⁹ ĩordinatis potest se ad
deum libere cõuertere et eleuare se supra seip̃z
in spiritu ac fruitiue quiescere. Cui sapiũt oĩa ꝑ
ut sũt non vt dicũtur aut estimãtur: hic vere sapi
ens est et doctus magis a deo q̃ ab hominibus
Qui ab ĩtra scit ambulare ⁊ modicũ res ab ex
tra põderare: nõ requirit loca: nec tẽpora expec
tat ad habẽda deuota exertitia. Homo intern⁹
cito se recolligit quia nũq̃ se totũ ad exteriora
effundit. Non illi obest labor exterior aut occu
patio ad tẽp⁹ necessaria sed sicut res eueniũt sic
se illis accõmodat. Qui intus bene dispositus ẽ
et ordinatus: non curat mirabiles et peruersos
hominum gestus. Tantum homo impeditur et

distrahit᷑. quãtũ sibi res attrahit. Si recte tibi eẽt ꝛ bñ purgat⁹ esses: omnia tibi in bonũ cederent et ꝓfectũ. Ideo multa tibi displicent et sepe ꝯturbant: quia adhuc nõ es tibiipi ꝑfecte mortuus nec segregat⁹ ab oĩb⁹ terrenis nihil sic maculat et implicat cor hoĩs: sicut impur⁹ amor in creaturis. Si rẽnuis consolari exterius: poteris speculari celestia: et frequenter interius iubilare.

¶ De huĩli submissiõe sub ꝑlati regimine. ¶ Capitulum. ii

NOn magnipẽdas quis ꝓ te vel contra te sit: sed hoc age et cura vt deus tecum sit in oĩ re quam facis. Habeas ꝯsciãm bonã: et de⁹ bñ te defensabit. Quem. n. adiuuare voluerit: nullius peruersitas nocere poterit. Si tu scis tacere ꝛ pati: videbis ꝓculdubio dñi auxilium. Ipse nouit tempus ꝛ modũ liberãdi te: et ideo debes te illi resignare. Dei est adiuuare et ab omĩ ꝯfusione liberare. Sepe valde ꝓdest ad maiorẽ huĩlitatẽ ꝯseruãdã: ꝙ defectus nostros alii sciunt et redarguunt. Quando homo pro defectibus suis se humiliat tunc faciliter alios placat: et leuiter satisfacit sibi irascentibus. Humilem deus protegit et liberat: humilem diligit et consolatur. humili homini se inclinat. humili largit᷑ gratiam magnam: et post suam depressionem leuat ad gloriam. humili sua secreta reuelat: et

ad se dulcier trahit ꝛ inuitat. Huīlis accepta cō tumelia et confusione: satis bene est in pace. qa stat in deo ꝛ nō in mūdo. Non reputes te aliqd ꝑfecisse: nisi omībus inferiorem te esse sentias.

¶ De bono pacifico hoīe ¶ Capit. iii.

P One te primo in pace: et tūc alios poteris pacificare: Homo pacificus plus prodest: q̄ bene doctus. Homo passioātus etiam bonum in malum trahit: et faciliter malum credit. Bonus pacificus homo omnia ad bonum conuertit. Qui bene in pace est: de nullo suspicatur: qui autem male contentus est ꝛ commotus: variis suspitōnibus agitatur: nec ipse quiescit: nec alios quiescere permittit. Dicit sepe quod dicē non deberet: et omittit quod sepe sibi magis facere expediret. Considerat quod alii facere tenentur: et negligit quod ipse facere tenetur. Habe ergo primum celum super temetipsum: tunc celare poteris etiam iuste proximum tuū Tu benefacta tua scis excusare ꝛ tolerare ꝛ aliorum non vis recipere excusatōnes. Iustius eēt vt te accusares: et fratrem tuum excusares. Si portari vis porta et alium. Vide q̄ longe es adhuc a vera charitate et humilitate que nulli nouit indignari vel irasci nisi tantum sibiipsi.

¶ Non est magnum cum bonis et mansuetis conuersari. hoc enim omnibus naturaliter pla

cet:ꝛ vnuſqꝫſqꝫ libenter pacem habet:ꝛ ſecū ſen
tientes magis diligit. Sꝫ cū duris ꝛ ꝑuerſis aut
indiſciplinatis aut nobis ꝯriātibꝰ pacifice poſſe
viuere: magna gratia eſt ꝛ laudabile nimis vi-
rileqꝫ factū. Sed ſūt qui ſeipos in pace tenēt ꝛ cū
aliis etiā pacē hn̄t: Et ſūt qui nec pacē hn̄t: nec
alios in pace dimittūt. Alii ſūt graues: ſed ſibi
ſunt ſemꝑ grauiores. Et ſūt qui ſeipos in pace
retinent: ꝛ ad pacē alios reducē ſtudent: ꝛ tn̄ to
ta pax nr̄a in hac miſeria vita potiꝰ in hūili ſuf
ferētia ponenda eſt q̄ in non ſētiēdo contraria.
Qui melius ſcit pati: pacem tenebit maiorem.
Iſte eſt victor ſui ꝛ dn̄s mūdi: amicus xp̄i: ꝛ heres
celi: ¶ De pura mēte ꝛ ſimplici ītētōe. Ca. iiii.
d Vabus alis hō ſubleuaᵗ a terenis/ ſimpli-
citate ſcilicꝫ ꝛ puritate. Simplicitas debet
eſſe in intētōe: puritas in affectiōe. Simplicitas
intendit deū: puritas apprehendit ꝛ guſtat: Nul
la bona actio te impediet: ſi liber intꝰ ab oī īor-
dinato affectu fueris. Si nihil aliud q̄ dei bene
placitū et ꝓximi vtilitatem intendis: et queris:
interna libertate frueris. Si rectū cor tuū eſſet
tunc omnis creatura ſpeculū vite et liber ſācte
doctrine eſſet. Non eſt creatura tam parua ꝛ vi
lis que bonitatē dei non repn̄tet. Si tu eſſes in
tus bonus et purus: tunc omnia ſine īpedimēto
videres et caperes bene. Cor purum penetrat

celum et infernū. Qualis vnusquisq intus ē:ta
liter iudicat exterius. Si est gaudium in mūdo
hoc vtiq possidet puri cordis homo. Et si est ali
cubi tribulatio ⁊ āgustia hoc melius nouit ma
la ꝯsciētia Sicut ferrū missū ī ignē amittit rubi
ginē et totū cādēs efficit sic hō ad deū se ītegre
conuertens a torpore exuitur et in nouū hoīem
transmutatur. Quando homo incipit tepescere:
tunc paruum metuit amorem:et libenter exter
nam accipit cōsolationem. Sed quando perfec-
te incipit se vincere et viriliter in via dei ambu
lare:tunc minus ea reputat:que sibi prius gra-
uia esse sentiebat.

¶ De propria consideratione.

¶ Capitulum quintum

Non possum⁹ nobisipsis nimis credere: qa
sepe nobis gratia deest et sensus. Modicū
lumen est in nobis:et hoc cito per negligentiā
amittim⁹. Sepe etiam non aduertim⁹ ꝙ tam ce
ci intus sum⁹. Sepe male agimus ⁊ peius excu
samus: et passione interdū mouemur ⁊ zelū pu
tam⁹. Parua in aliis reprehēdim⁹ :et nr̄a ma-
iora pertrāsim⁹. Satis cito sentimus et pondera
mus quod ab aliis sustinem⁹: sed quantū alii a
nobis sustinēt non aduertim⁹. Qui bene et rec
te sua pōderaret: nō esset quod de alio grauiter
iudicaret. Internus homo suiipsius curam oīb⁹

curis ante ponit:et qui sibiipsi diligenter intendit:faciliter de aliis tacet. Nūq̄ eris internus ⁊ deuotus nisi de alienis silueris: et ad teipsū specialiter respexeris. Si tibi et deo totaliter intēdis: modicum te mouebit quod foris percipis. Vbi es quando tibiipsi presens non es et quādo omnia percurristi quid te neglecto profecisti Si debes habere pacem ⁊vnionem veram oportet ꝙ totum adhuc postponas et te solum pre oculis habeas. Multum pro inde proficies si te feriatum ab omni temporali cura ꝯserues Valde deficies si aliquid tēporale reputaueris. Nil altum nil magnum nil gratum nil acceptum tibi sit nisi pure deus aut de deo sit. Totum vanū estima quicquid consolationis occurrit de aliqua creatura. Amans deum animam sub deo despicit vniuersa. Solus deus eternus et immēsus implens omnia: solatium est anime et vera cordis letitia

¶ De letitia bone ꝯsciētie

¶ Capitulū sextum

GLoria boni hominis testimoniū bone cōscientie est. Habe bonam conscientiam: ⁊ semper habebis letitiam. Bona conscientia valde multa potest portare: et valde leta est īter aduersa. Mala conscientia semper timida est ⁊ i-

quieta. Suauit requiesces: si te cor tuum nō rep
henderit. Noli letari nisi cum benefeceris. Ma
li nunq̄ habent veram letitiam nec internā sen
tiunt pacem quia non est pax impiis dicit do-
minus. Et si dixerint in pace sumus non veniet
super nos mala: et quis nobis nocere audebit?
Et credas eis: quoniā repente exurget ira dei
et in nihilum redigentur actus eorum: et cogi-
tationes eorum peribunt. Gloriari in tribulati
one non est graue amanti: sic enim gloriari est
in cruce domini gloriari. Breuis gloria que ab
hominibus datur et accipitur. Mundi gloriaꝫ
semper comitatur tristitia. Bonorum gloria in
conscientiis eorum et non in ore hominū. Iusto
rum letitia de deo et in deo est: et gaudium eo-
rum de veritate. Qui veram et eternam gloriā
desiderat temporalem non curat. Et qui tempo
ralem querit gloriam: aut non ex animo contē
nit: minus amare conuincitur celestem. Ma-
gnam habet cordis tranquillitateꝫ: qui nec lau
des curat nec vituperia. Facile erit contentus ⁊
pacatus cuius cōnscientia munda est. Non est
sanctior si lauderis nec vilior si vituperer. Quod
es hoc es nec maior dici vales q̄ deo teste sis. Si
attendis quid apud te sis intus non curabis qd
de te loquantur homines foris. Homo videt ī fa
cie deꝰ āt in corde. Homo cōsiderat actꝰ: deꝰ pē-

ſat ĩtẽtiones Bene ſemper agere ⁊ modicũ de ſe
tenere humilis anime iudicium eſt. Nolle cõ-
ſolari ab aliqua creatura:magne puritatis ⁊ i-
terne fiducie iudiciũ eſt. Qui nullũ extrinſecus
pro ſe teſtimoniũ querit:liquet ꝙ ſe deo totali-
ter cõmiſit. Non. n. qui ſeipſum comẽdat ille ꝓ-
batus eſt ait beatus paulus:ſed quem deus co-
mẽdat. Ambulare cũ deo intus nec aliqua af-
fectione teneri foris:ſtatus eſt interni hominis

¶ De amore ieſu ſuper oĩa. ¶ Capitulũ vii.

B Eatus qui ĩtelligit quid ſit amare ieſũ: ⁊ cõ
tẽnere ſeipm̃ propter ieſum. Oportet dilec
tũ pro dilecto relinquere:quia ieſus vult ſol⁹ ſu-
per omnia amari. Dilectio creature fallax et in
ſtabilis dilectio ieſu fidelis ⁊ ꝑſeuerabilis. Qui
adheret creature cadet cum labili: qui ãplectit̃
ieſum firmabitur in euum. Illum dilige ⁊ ami
cum tene tibi:qui omnibus recedentibus te nõ
derelinquet nec patitur in fine perire. Ab hoĩ-
bus oportet te aliquãdo ſeparari ſiue velis ſiue
nolis. Teneas te apud ieſum viuẽs et moriens
et illius fidelitati te committe qui oĩbus defi-
tientibus ſolus poteſt te iuuare. Dilectus tu⁹ ta
lis eſt nature vt alienũ nõ velit admittere ſed ſo
lus vult cor tuũ habere et tãq rex in ꝓprio thro-
no ſedere. Si ſcires te bñ ab omni creatura eua
cuare ieſus deberet libẽter tecũ habitare. Pene

totū perditū inuenies: quicquid extra iesū in oībus posueris. Non cōfidas nec innitaris sup calamūvētosum quia omnis caro fenū et oīs gloria eius vt flos feni cadet. Cito decipieris si ad externā hoīm apparētiā tātū aspexeris. Si enī tuū in aliis queris solatium et lucrum: sēties sepe detrimētum. Si queris in omib⁹ iesuꝫ iuenies vtiqꝫ iesū. Si autē queris teipm̄ inuenies etiam teipm̄: sed ad tuā pernitiē. Plus .n. homo nociuior sibi si iesū non querit: q̄ totus mūd⁹ ⁊ oēs sui aduersarii ℭ De familiari amicicia iesu

ℭ Capitulum viii.

QVando iesus adest totū bonum est nec qcq̄ difficile videtur. Quando vero iesus nō adest totum durū est. Quādo iesus intus nō loquitur cōsolatio vilis est. Si aūt iesus vnū verbū loquif tātū magna cōsolatio sentitur Nōne maria magdalena statim surrexit de loco in q̄ fleuit quādo martha illi dixit. Magister adest et vocat te. Felix hora quando iesus vocat de lachrymis ad gaudiū spiritus: q̄ aridus et durus es sine iesu: q̄ īsipiēs et van⁹ si cupis aliqd extra iesū. Nōne hᵒ ē mai⁹ dānū q̄ si totū pderes mūdū. Quid pōt mūdus ꝯferre sine iesu? Esse sn̄ iesu grauis ē īfern⁹: ⁊ esse cū iesu dulcis padisus. Si fuerit tecū iesus nullus poterit nocere īimic⁹ Qui inuenit iesum inuenit thesaurum bonum.

immo bonum super omne bonum. Et qui per-
dit iesum perdit nimis multum et plus q̄ totuz
mundum. Pauperrimus est qui viuit sine iesu.
Ditissimus qui bene est cum iesu. Magna ars
est scire conuersari cum iesu et scire iesum tene
re magna prudentia. Esto humilis et pacificus
et erit tecum iesus: Sis deuotus et quietus ꝛ p-
manebit tecum iesus. Potes cito fugare iesum
et gratiam eius perdere si volueris ad exterio-
ra declinare. Et si illum effugaueris et perdide
ris ad quem tunc fugies? et quem tunc queres
amicum? Sine amico non potes diu viuere: et si
iesus non fuerit tibi pre omnibus amicus eris
nimis tristus et desolatus. Fatue igitur agis si ī
aliquo altero confidis et letaris. Eligenduz est
magis totum mundū habere contrarium: q̄ ie-
sum offensum. Ex omibus ergo charis sit iesus
dilectus specialis. Diligātur omnes propter ie
sum iesus autem propter seipsū. Solꝰ iesus chri
stus singulariter ē amandus: qui solus bonus ꝛ
fidelis inuenitur pre omnibus amicis. Propter
ipsum et in ipso tam amici quam inimici: tibi
sint chari et pro omnibus his exorandus est vt
omnes ipsum cognoscant et diligant. Nunq̄ cu
pias singulariter laudari et amari: quia hoc so-
lius dei est qui similem sibi non habet. Nec ve-
lis ꝙ aliquis in corde suo tecum occupetur: ne-

ꝙ tu cum alicuius occuperis amore sed sit iesus
in te et in omni bono homine. Esto purus et li-
ber ab intus sine alicuius creature implicamē
to. Oportet du esse nudū et purū cor: ad iesū ge
rere si vis vacare ⁊ videre q̄ suauis est dominus.
Et reuera ad hoc non peruenies nisi gratia ei⁹
fueris preuentus et intractus: vt omnibus eua
cuatis et licentiatis solus cum solo vniaris Quā
do enī gratia dei venit ad hominē: tunc potens
fit ad omnia: et quando recedit tunc pauper et ī
firmus erit: et quasi tantum ad flagella relict⁹.
In his non debes deiici nec desperare: sed ad vo
luntatem dei equanimiter stare: et cūcta super
uenientia tibi ad laudē iesu christi perpeti: qa
post hyemē sequitur estas. post noctem redit di
es et post tempestatem serenitas magna

¶ De carētia oīs solatii. ¶ Capitulū. ix.

NOn est graue humanū cōtēnere solatiū cū
adest diuinū. Magnū est et valde magnū
tam humano q̄ diuino posse carere solatio: et ꝓ
honore dei libēter exiliū cordis velle sustinere:
⁊ in nullo seipm̄ querere nec ad proprium meri
tum respicere. Quid magni es si hilaris sis ⁊ de
uotus adueniente gratia optabilis cunctis hec
hora. Satis suauiter equitat quē gratia dei por
tat. Et quid mirum si on⁹ nō sētit qui portat᷑ ab
oīpotēte ⁊ ducit᷑ a sūmo ductore. Libēter hēm⁹

aliquid ꝓ sol atio et difficulter homo exuit̃ a se ipso. Vicit sanctus martyr Laurentius seculuꝫ cum suo sacerdote. quia om̃e quod in mũdo delectabile videbat̃ despexit: ⁊ dei summi sacerdotem Sixtum quem maxĩe diligebat pro amore christi etiã a se tolli clemẽter ferebat. Amore igitur creatoris amorem hominis supauit ⁊ pro humano solatio diuinũ beneplacitũ magis elegit Ita et tu aliquẽ necessariũ et dilectũ aĩcũ pro amore dei disce relinquẽ. Nec grauiter feras cum ab aĩco derelictus fueris sciẽs quoniam oportet nos omnes tandẽ ab inuicem separari. Multum et diu oportet hoĩem ĩ seip̃o certare. anteq̃ discat seipsum plene superare: et totum affectum suum plene in deũ trahere. Quãdo homo stat super seipso: facile labit̃ ad cõsolationes humanas. Sed ver⁹ xp̃i amator et studiosus sectator virtutũ non cadit super illas consolatões nec querit tales sensibiles dulcedines: sed magis fortes exercitationes: et pro xp̃o duros sustinere labores. Cum igit̃ spiritualis consolatio a deo dat̃ cũ gratiarũ actione accipe eã sed dei mun⁹ intellige eẽ non tuũ meritũ: ⁊ noli extolli. Noli nimiũ gaudere nec inaniter presumere: sed esto magis hũilior ex dono: cautior q̃ et timoratior in cunctis actib⁹ tuis: qm̃ transibit hora illa et seq̃t̃ tẽtatio. Cum ablata fuerit

consolatio nō statim desperes sed cū hūilitate ⁊ patiētia expecta celestē visitatōnē. quia potens est de⁹ ampliorem tibi redonare gratiā et cōso lationē. Istud nō est nouū nec alienū viā dei ex pertis quia in magnis sanctis et in ātiquis pro phetis fuit talis sepe alternatōnis mod⁹. Vnde quidam presente iam gratia dicebat. Ego dixi in abundātia mea nō mouebor in eternū. Ab sente autem gratia quid in se fuerit expert⁹ ad- iungit dicens auertisti faciē tuā a me et factus sum conturbatus. Inter hec tamen nequaq̄ de- sperat sed īstātius dn̄m rogat et dicit: Ad te do mine clamabo et ad deum meū dep̄cabor. De niqꝫ orationis sue fructum reportat ⁊ se exaudi- tum testatur dicens. Audiuit dn̄s et misertus est mei dn̄s factus est adiutor me⁹ . Sed ī quo . Conuertisti inquit planctum meū in gaudium mihi et circumdedisti me letitia. Et si sic actū ē cū magnis sanctis non est desperandū nobis in firmis ⁊ pauperibus si interdum in frigiditate: et interdū in feruore sum⁹ quoniam spiritus ve nit et recedit: secundū sue voluntatis bn̄placitū Vnde beatus Iob ait. Visitas eum diluculo ⁊ subito ꝓbas illū. Super quid igit̄ sperare possuꝫ aut ī quo confidere debeo nisi ī sola magna mi sericordia dei et in sola spe gratie celestis? Siue enim assint homines boni siue deuoti fratres ⁊

amici fideles siue libri sancti vel tractatus pul chri siue dulcis cātus et hymni omīa hec modi cum iuuāt et modicum sapiūt quādo desert⁹ sū a gratia et in propria paupertate relictus. Tūc nō est melius remedium q̄ patiētia ⁊ abnegatio mei in volūtate dei. Nūq̄ iueni aliquem religiosum qui nō habuerit īterdum gratie subtractionem: aut nō sēserit feruoris diminutionē Nullus sāctus fuit vnq̄ tam alte raptus et illūinatus qui prius vel postea nō fuit tētatus. Non enim dign⁹ ē alta dei cōtēplatōe: q. p deo nō est exercitat⁹ aliq̄ t'bulatōe Sol3 ei sequēti ꝯsolatōis tētatio precedēs esse signum. Nam tētationib⁹ probatis celestis promittitur cōsolatio. Qui vicerit inquit dabo ei edere de ligno vite. Dat' etiam cōsolatio diuina vt homo fortior sit ad sustinēdum aduersa. Sequitur etiā tētatio ne se eleuet de bono. Nō dormit diabolus nec caro adhuc mortua est: ideo nō cesses preparare te ad certamē quia a dexteris et a sinistris sūt hostes qui nūq̄ quiescūt

De gratitudine pro gratia dei.

Capitulum decimum.

q QVid queris quietem cum natus si ad laborem? Pone te ad patiētia3 magis q̄ ad cōsolationē. ad crucē portādaz magis q̄ ad leti

tiam. Quis enim ſecularium nõ libẽter cõſola
tionem et letitiam ſpiritualem acciperet: ſi ſẽ-
per obtinere poſſet. Excedũt enĩ ſpirituales con
ſolationes omnes mũdi delitias et carnis volu-
ptates. Nam oms̃ delitie mundane: aut turpes
ſũt aut vane. Spirituales vero delitie ſole iocũ-
de ⁊ honeſte ex virtutibus progenite ⁊ a deo pu
ris in fuſe mẽtibus. Sed iſtis diuinis cõſolatio
nibꝰ nemo ſemper pro ſuo affectu frui valet. qa
tempus tẽtationis nõ diu ceſſat. Multum con-
trariatur ſuperne viſitationi falſa libertas ani-
mi et magna cõfidẽtia ſui. Deus bene facit cõ-
ſolationis gratiam dando: ſed homo male agit
nõ totum deo cum gratiarum actione retribu-
ẽdo. Et ideo nõ poſſũt in nobis dona gratie flu
ere: quia ingrati ſumus auctori: nec totum refũ
dimus fõtali origini. Semper enĩ debetur gra-
tia digne gratias referẽti. auferetur ab elato qđ
dari ſolet humili. Nolo cõſolatõẽꝫ que mihi au
fert cõpũctionẽ nec affecto ꝯtẽplatõẽꝫ que ducit
ĩ elationẽ. Nõ eĩ omne altum ſãctum: nec oẽ de
ſiderium purum: nec omne dulce bonuꝫ: nec oẽ
charum gratum deo. Libẽter accepto gratiam
vnde humilior ⁊ timoratior inueniar: atqꝫ ad re
linquẽdum me paratior fiam. Doctꝰ dono gra
tie et eruditꝰ ſubtractõis verbere nõ ſibi audebit
qdq̃ boni atribuẽꝛ ſꝫ potiꝰ ſe pauperẽ ⁊ nudũ cõ

fitebitur. Da deo quicquid dei est: et tibi ascribe quod tuū est. hoc est deo gratias pro grā tribue. tibi autem soli culpā: ⁊ dignā penā pro culpa deberi sētias. Pone te semper ad infimū et dabitur tibi sūmū. nam summū nō stat sine ifimo. Sūmi sancti apud deū minimi sūt apud se: et quāto gloriosiores tāto in se humiliores: pleni veritate et gloria celesti: nō vane glorie cupidi. In deo fūdati et confirmati nullo modo possūt esse elati: et qui deo totum ascribūt quicquid boni acceperunt gloriam ab inuicem non querūt: sed gloriā que a solo deo est volunt et deum in se et in omnibus sanctis laudari super omīa cupiunt: et semper in idipsum tendūt. Esto igitur gratus ī minimo et eris dignus maiora accipere. Sit tibi minimum etiam pro maximo: et magis cōtemptibile pro speciali dono. Si dignitas datoris inspicitur: nullum datum paruū aut munus vile videbitur Non enim paruū est quod a summo deo donatur: etiaʒ si penas ⁊ verbera donauerit gratum esse debet: quia semper pro salute nostra facit quicquid nobis aduenire permittit. Qui gratiam dei retinere desiderat sit gratus pro gratia dei data: patiens pro sublata: oret vt redeat. cautus sit et humilis ne amittat ¶ De paucitate amatorum crucis iesu.

¶ Capitulum vndecimum

hAbet iesus nūc mltos amatores regni sui celestꝫ:sꝫ paucos baiulatores sue crucis Habet multos desideratores cōsolationis:sed paucos tribulationis. Plures inuenit socios mense sꝫ paucos abstinētie. Oēs volūt cū christo gaudere:sꝫ pauci volūt pro ipso aliqd sustinere Multi sequūtur iesum vsqꝫ ad fractionem panis :sed pauci ad bibēdum calicem passionis. Mlti miracula eius venerātur:sed pauci ignominiā crucis sequūtur. Multi iesum diligūt:q̄diu aduersa nō cōtingūt. Multi illum laudāt et bn̄dicūt: q̄diu cōsolatiōes aliquas ab ipso recipiūt. Si autem se iesus abscōderet et modicum eos relinqueret:aut ī querimoniam: aut in deiectionem nimiā cadūt. Qui autem iesum propter iesum ⁊ nō propter suam aliquam cōsolationē propriaꝫ diligūt ipsum in tribulatōe et ī āgustia cordis: sicut in summa cōsolatiōe benedicūt. Et si nūq̄ eis cōsolatōem dare vellet:ipsum tamē semper laudaret et semper gratias agere vellet. O quātum potest amor iesu purꝰ nullo proprio cōmodo vel amore p̄mixtꝰ Nōne oīs mercēnarii sūt dicēdi:q ꝯsolatōes sēper querūt. Nōne amatores sui magis q̄ christi p̄bētur:q sua comoda vel lucra sēp meditāť. Vbi īuenieť talis qui velit deo s͞uire gratis. Raro īueniť tā sp̄ualis aliqs q oībꝰ sit nudatꝰ. Nā verū sp̄ū pauperē ab oī cre

ātura nudum quis inueniet? Procul et de vltimis finibus precium eius. Si dederit hō omē substantiam suam: adhuc nihil est. ⁊ si fecerit penitentiam magnā adhuc exiguū est. ⁊ si apphēderit omnē sciētiā: adhuc longe est. et si habuerit virtutē magnā et deuotionem nimis ardētē adhuc multū sibi deest. Vnum scilicet quod sibi summe necessarium est. Quid illud. Vt oībus relictis se relinquat et a se totaliter exeat. nihilq̧ de priuato amore retineat. Cum omīa fecerit que faciēda nouerit: nihil se fecisse sētiat. Nō grāde pōderet ꝙ grādis estimari possit sed in veritate seruum inutilem se ꝑnūciet: sicut veritas ait. Cum feceritis omnia que precepta vobis sunt adhuc dicite quia serui inutiles sumus. Tunc vero pauper et nudus spiritu eē poterit: et cum ꝓpheta dicere. Quia vnicus ⁊ paupꝫ sum ego. Nemo isto ditior. nemo tn̄ liberior nec potentior illo qui scit se ⁊ omnia relinquere ⁊ ad infimum se ponere

¶ De regia via sancte crucis.: ¶ Capitulum. xii.

DVrus hic multis videtur sermo. Abnega temetipsum tolle crucem tuā et sequere iesum. Sed mlto durius erit audire illud extremū verbū. Discedite a me maledicti in ignē eternum. Qui enī modo libenter audiunt et sequūtur verbū crucis: tunc non timebunt ab au-

ditione mala eterne damnationis. Hoc signum crucis erit in celo cum dñs ad iudicādum venerit. Tunc omēs serui crucis qui se crucifixo cōformauerūt in vita ad xp̄m accedent iudicē cū magna fiducia. Quid igitur times tollere crucem per quā itur ad regnum? In cruce salus: in cruce vita: in cruce ꝓtectio ab hostibus: in cruce infusio superne suauitatis: in cruce robur mentis: in cruce gaudium spiritus: in cruce virtus sūma: in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus anime nec spes eterne vite nisi ī cruce. Tolle ergo crucem et sequere iesum: et ibis in vitā etn̄ā. Precessit ille baiulans sibi crucem et mortuꝰ ē ꝓ te in cruce: vt tu etiam portes crucem ⁊ mori affectes in cruce: quia si cōmortuus fueris etiā cū illo pariter viues: ⁊ si socius fueris pene: sociꝰ eris ⁊ glorie. Ecce in cruce totū ꝯstat ⁊ in moriēdo totū iacet: ⁊ nō est alia via ad vitā ⁊ ad veram internā pacē nisi via sancte crucis ⁊ quotidiane mortificatiōis. Ambula vbi vis: q̄re qd̄cūq; volueris: ⁊ nō iueīes altiorē viā sup̄: nec securiorē viā īfra nisi viā sācte crucis. Dispōe ⁊ ordina oīa fm̄ tuū velle ⁊ vidē ⁊ nō iueīes nisi sēp aliq̄d pati debere aut spōte aut īuite: ⁊ ita crucē sēp īueīes: aut enī ī corpe dolorē sēties: aut ī aīa spūs tribulatōē sustīeb̄. Interdū a deo relīq̄ris: īterdū a ꝓxīo exercitaberis: et quod amplius est sepe

tibimetipsi grauis eris: nec tñ aliquo remedio
vel solatio liberari seu alleuiari poteris: sed do
nec deusvoluerit oportet ꝙ sustineas. Vult.n.
deusvt tribulationẽ sine consolatione discas pa
ti etvt illi totaliter te subiicias et hũilior ex tri
bulatione fias. Nemo ita cordialiter sentit pas
sionem christi sicut is cui contigerit similia pa
ti. Crux igitur semꝑ parata est etvbiq; te expe-
ctat. Nõ potes effugerevbicũq; cucurreris: quia
vbicunq; veneris teipm̃ tecũ portas et semꝑ te-
ipsũ inuenies. Cõuerte te supra conuerte te ĩfra
cõuerte te extra et intra: et in his omibus inue
nies crucem. et necesse ẽ tevbicũq; tenere patiẽ
tiã si internãvis habere pacem et perpetuã pro
mereri coronã. Si libenter crucẽ portas: porta-
bit te et deducet te ad desideratũ finemvbi. s. fi
nis patiendi erit q̃uis hic non erit. Si ĩuite por
tas: onus tibi facis: et teipm̃ magis grauas ⁊ tñ
oportetvt sustineas. Si abiicisvnã crucẽ: aliam
proculdubio inuenies et forsitan grauiorẽ. Cre
dis euadere quod nullus mortaliũ potuit prete
rire. Quis sanctoꝝ in mundo sine cruce et tribu
latione fuit? Nec ei domin⁹ noster iesus christ⁹
vna hora sine dolore passionis fuit q̃diu vixit.
Oportebat autem christũ pati ⁊ resurgere a mor
tuis et ita intrare in gloriã suã. Et quomodo tu
aliam viã queris quã hanc regiã viam que est

via scē crucis? Tota vita christi crux fuit ⁊ martyriū: et tu tibi queris requiem ⁊ gaudiū. Erras erras si aliud queris q̄ pati tribulationes: quia tota ista vita mortalis plena miseriis et circū signata crucibus. Et quāto altius quis in spiritu ꝓfecerit: tanto grauiores cruces sepe inueniet. quia exilii sui pena magis ex amore crescit. Sȝ tamē iste sic multipliciter afflict⁹ nō est sine leuamine cōsolationis quia fructū magnū sibi sētit accrescere ex sufferētia sue crucis. Nā dum spōte illi se subiicit: omne on⁹ tribulationis in fiduciā diuine consolatōis cōuertitur. Et quanto caro magis per tribulationē atteritur: tāto amplius spūs p internā cōsolatōem roborat̄. Et nō nūq̄ itātum cōfortat̄ ex affectu tribulationis et aduersitatis ob amorē ꝯformitatis crucis christi: vt nō sine dolore ⁊ tribulatōne esse vellet: q̄niā tāto se acceptiorē deo credit quanto plura ⁊ grauiora ꝓ eo ꝑferre potīt. Nō ē illud vtus hominis sȝ grā christi: q̄ tanta potest ⁊ agit in carne fragili: vt quod naturalit̄ sēper abhorret ⁊ fugit hī feruore sp̄s aggrediat̄ ⁊ diligat. Nō ē scdȝ hoīeȝ crucē portare crucē amare: corp⁹ castigare: et seruituti subiicere. honores fugere: ꝯtumelias libēter sustinere: seip̄ȝ despicere ⁊ despici optare: adūsa queq̧ cū dānis ꝑpeti: et nihil ꝓspe ritat̄ in hoc mūdo desiderare. Si ad teip̄ȝ respi

cis:nihil huiusmodi ex te potis:sȝ si in dño cōfi-
dis:dabit tibi fortitudo de celo:et subiicietur di-
tioni tue mūdus et caro. Sed nec īimicū diabo
lū timebis si fueris fide armatus ꝛ iesu cruce si
gnatus. Pone ergo te sicut fidelis et bonus seruus
christi ad portādā viriliter crucē dñi tui pro te
ex amore crucifixi. Prepara te ad toleranda
multa aduersa ꝛ varia īcōmoda in hac misera
vita: quia sic tecū erit vbicūqꝫ fueris: et sic reue
ra eum īuenies vbicūqꝫ latueris Oportet te ita eē
et non est remediū euadendi a tribulatiōe ma
lorū ꝛ dolore q̄ vt te patiaris. Calicē dñi affectā
ter bibe si amicus eius esse ꝛ parteȝ cū eo habe
re desideras. Cōsolatiōes deo cōmitte faciat ip
se cū talibus sicut sibi magis placuerit Tu vero
pōe te ad sustinēdū tribulatōes ꝛ reputa eas ma
ximas consolationes quia non sunt condigne:
passiones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis promerendam etiam
si solus oms posses sustinere. Quādo ad hoc ve-
neris ꝙ tribulatō tibi dulcis ē ꝛ sapit ꝑ christo: tunc
bñ tecū esse estima: qa īuenisti padisū in terra: q̄-
diu pati tibi graue ē et fugere q̄ris: tā diu male
hēbis ꝛ seq̄tur te vbiqꝫ fuga tribulatōis. Si ponis
te ad qđ eē debes videlicȝ ad patiēdū ꝛ moriē-
dū fiet cito melius ꝛ pacē inuenies. Etiā et si raptus
fueris i tertiū celū cū paulo nō es ꝓptea securatus

de nullo ꝯtrario sustinẽdo. Ego īquit iesus ostẽ
dā illi quāta oporteat eū ꝑ noīe meo pati. Pati
ꝗ tibi remanet si iesū diligere et ꝑpetue illi ser
uire placet. Vtinā dign⁹ esses ꝑ noīe iesu aliqd
pati: q̄ magna glia remaneret tibi quanta exul
tatio oībus sanctis dei: quāta edificatio esset ꝑ-
ximi. Nam patientiā omnes recōmēdant q̄uis
pauci tamē pati velint. Merito deberes libent
modicū pati pro christo cū mlta grauiora pati-
aris pro mūdo. Scias pro certo quia moriētem
te oportet te ducere vitā: ⁊ quāto plus quisq̧ sibi
morit̄: tāto deo magis viuere incipit. Nēo apt⁹
est ad cōprehendē dū celestia nisi se submiserit
ad portādum pro christo aduersa. Nihil deo ac
cepti⁹ nihil tibi salubrius in mūdo isto q̄ libent
pati pro christo. Et si eligendū tibi esset magis
optare deberes pro christo aduersa pati q̄ mul-
tis ꝯsolationib⁹ recreari: quia christo similior es
ses: et oīb⁹ sāctis ei⁹ magis cōformior. Non enī
stat meritū nr̄m et ꝑfect⁹ stat⁹ nr̄i in multis sua
uitatib⁹ et cōsola tionibus: sed potius ī magnis
grauitatib⁹: et tribulatōībus perferendis. Siq-
dē aliquid melius et vtilius saluti hominū q̄ pa
ti fuisset: christus vtiq̧ verbo et exemplo osten-
disset. Nā et sequētes se discipl̄os omnesq̧ eum
sequi cupientes manifeste ad crucem portandā
ortatur et dicit. Si quis vult venire post me:

abneget semetipm et tollat crucē suā et sequatr me. Omibus ergo plectis et scrutatis sit ista finalis cōclusio: Qm̄ p multas tribulatōnes, oportet nos intrare in regnū dei.

Explicit liber secūdus.

Incipit tertius de interna christi locutiōe ad animam fidelem   Cpm. i.

AVdiam quid loquatr in me dn̄s deus Beata aīa que dn̄z in se loquētē audit ⁊ de ore eius vbū ɔsolatōis accipit Beate aures q̄ venas diuini susurri suscipiūt et de mūdi huius susurratiōībus nihil aduertūt. Beate plane aures que nō vocē foris sonātem: sz interius auscultāt veritatē loquētē ⁊ docētē. Beati oculi qui exterioribus clausi: intiorib⁹ āt sūt intēti. Beati qui interna penetrāt: ⁊ ad capiēda archana celesti a magis ac magis per quotidiana exercitia se studēt preparare. Beati qui deo vacare gestiunt et ab omī īpedimēto seculi se excutiūt. Animaduerte hec o aīa mea ⁊ claude sēsualitatis tue ostia vt possis in te audire qd loq̄tur dn̄s de⁹ in te. Hec dicit dilect⁹ tuus. Salus tua ego sū: pax tua ⁊ vita tua. Serua te apud me et pacē īuenies. Dimitte oīa trāsitoria et quere etna. Quid sūt oīa tēporalia nisi seductoria? Et qd iuuāt oēs creature: si fueris a creatore desertas? Oībus ergo abdicatis creatori tuo te redde

placidam ac fidelē vt verā valeas apphēdere be
atitudinē. ¶ Quod veritas itus loquit͛ sine stre
pitu verborum. ¶ Capitulū. ii.

LOquere dn̄e quia audit seruus tuus. Ser-
uus tu⁹ ego sū da mihi intellectū vt sciā te
stimonia tua. Inclina cor meū in verba oris tui
fluat vt ros eloquiū tuū. Dicebāt olim filii isra
el ad moysem: loquere nobis tu ⁊ audiem⁹: non
loquatur nobis dn̄s ne forte moriamur. Nō sic
dn̄e nō sic oro sed magis cū samuele ꝓpheta hu
milit͛ ac desiderāter obsecro. Loquē dn̄e quia
audit seruus tu⁹: nō loquatur mihi moyses aut
aliquis ex prophetis: sed potius tu loquere dn̄e
deus inspirator et illuminator oīm prophetaꝝ
quia tu solus sine eis potes me perfecte imbue-
re: illi autem sine te nihil ꝓficiēt. Possūt quidē
verba sonare sed spiritū nō cōferūt. Pulcherri-
me dicūt sed te tacēte cor nō accēdūt. Litteras
tradūt: sed tu sēsum aperis. Misteria ꝓferūt: sed
tu reseras intellectū signatoꝝ. Mādata edicūt
sed tu iuuas ad perficiendum. Viam ostendūt
sed tu cōfortas ad ambulādum. Illi foris tantū
agūt: sed tu corda instruis et illuminas. Illi ex-
teri⁹ rigāt: ſꝫ tu fecūditatē donas Illi clamāt ver
bis ſꝫ tu auditui intelligētiā tribuis. Nō ergo loq
tur mihi moyses ſꝫ tu dn̄e deus meus et̄na veri
tas ne forte moriar et sine fructu efficiar. Si fue

ro tantũ foris admonit⁹ et intus non accẽsus: ne sit mihi ad iudiciũ verbũ auditũ et non factum cognitũ nec amatũ: creditũ et nõ seruatũ Loq̄re igitur dñe quia audit seruus tuus Verba .n. vite eťne hẽs loq̄re mihi ad q̄lẽcũq; aĩe mee ꝯsolatõꝫ ⁊ da toti⁹ vite mee emẽdatõꝫ tibi ãt ad glãꝫ ⁊ ꝑpetuũ honorẽ. ¶ Qđ verba dei cuꝫ hũilitate sũt audiẽda: et ꝙ multi ea nõ põderant. Ca. iii.

AVdi fili mi verba mea verba suauissima oẽm philosophoꝝ et sapiẽtiũ huius mũdi sciẽtiã excedẽtia. Verba mea spũs et vita sunt: nec hũano sensu pẽsanda. Non sunt ad vanã cõplacẽtiã trahenda: sed in silẽtio audiẽda ⁊ cum oĩ hũilitate atq; affectu magno suscipẽda ⁊ dixi. Beat⁹ est quẽ tu erudieris dñe ⁊ de lege tua docueris eũ vt mitiges ei a diebus malis ⁊ non desoletur in terra. Ego ĩquit dñs docui ꝓphetas ab ĩitio et vsq; nũc nõ cesso omibus loqui sꝫ multi ad vocẽ meã surdi sũt ⁊ duri. Plures mũdũ libẽti⁹ audiũt q̄ deũ: facili⁹ sequũť carnis sue appetitũ q̄ dei bñplacitũ. Promittit mũd⁹ tꝑalia ⁊ ꝑua et ꝟuitur ei auiditate magna. Ego ꝓmitto sũma et eterna: et torpescũt mortalium corda. Quis tãta cura mihi in oĩbus seruit et obedit sicut mũdo ⁊ dñis ei⁹ seruiť? Erubesce sydõ ait mare. Et si causã q̄ris audi q̄re. Pro modica ꝓbenda lõga via curriť: et ꝓ eťna vita vix a mulť pes

ſemel a terra leuatur. Vile preciū querit̃ pro vno numiſmate int̃dū turpiter litigat̃: ꝛ ꝓ vana re et parua ꝓmiſſione die noctuq; fatigari nō timetur. Sed prochdolor pro bono incōmutabili pro premio ineſtimabili: ꝓ ſūmo honore et gl̃a īterminabili vel ad modicum fatigari pigritatur. Erubeſce ergo ſerue piger et queruloſe ꝙ illi paratiores inueniūtur ad perditionē q̃ tu ad vitā. Gaudent illi amplius ad vanitatē q̃ tu ad veritatē. Equidē a ſpe ſua nōnūq̃ fruſtrātur: ſ; promiſſio mea neminē fallit: nec cōfidentē mihi dimittit inanem. Quod ꝓmiſi dabo quod dixi implebo ſi tn̄ vſq; in finem fidelis in dilectione mea quis permāſerit. Ego remunerator ſū oīm bonoꝝ et fortis ꝓbator oīm deuotoꝝ. Scribe verba mea in corde tuo ꝛ ptracta diligenter erūt.n. in tp̄e tētationis valde neceſſaria. Quod nō intelligis cū legis cognoſces in die viſitationis Duplicit̃ ſoleo electos meos viſitare: tētatōe ſ. ꝛ ꝯſolatōe: ꝛ duas lectōes eis q̄tidie lego: vnā icrepādo eoꝝ vitia: altā exortādo ad v̓tutū icremēta Qui h; v̓ba mea ꝛ ſpnit ea: h; q iudicet eū ī nouiſſimo die ¶ Orō ad īplorādū deuotionis gr̄am. Ca. iiii

DOmie de⁹ me⁹ oīa bōa mea tu es Et qs ego ſū vt audeā ad te loq Ego ſum pauperrimus ſeruulus tuus et abiectus vermiculus multo pauperior et contempti-

bilior q̄ scio⁊ dicere audeo. Memēto tñ dñe q̄
a nihil sum nihil habeo nihilq̄ʒ valeo. Tu solus
bonus iustus et sanct⁹: tu oīa potes: oīa prestas:
oīa imples: solū peccatorē inanē relinquēs. Re
miniscere miserationum tuarꝶ dñe ⁊ imple cor
meū gratia tua: qui novis vacua esse opera tua
Quō possum me tolerare in hac misera vita: ni
si meꝯ fortauerit mīa et gratia tua? Noli auer-
tere faciē tuā a me: noli visitationē tuā ꝓlōgare
noli ꝯsolatōnē tuā abstrahere: ne fiat aīa mea si
cut terra sine aqua tibi. Dñe doce me facere vo
luntatē tuā: doce me corā te digne et humiliter
cōuersari: quia sapiētia mea tu es: qui in vitate
me cognoscis: et cognouisti anteq̄ fieret mūdus
et anteq̄ nat⁹ essē in mūdo: ¶ Quod in veritate
et hūilitate corā deo ꝯuersādū ē. ¶ Capitulū. v

Fili ambula corā me inveritate: et simpli-
citate cordis tui q̄re me semp. Qui ambu
lat corā me inveritate: tutabit̄ ab incursib⁹ ma
lis et veritas liberabit eū a seductorib⁹ et a de-
tractoīb⁹ iniquorꝶ: Si veritas te liberauerit vere
liber eris et non curabis de vanis hoīm verbis:
Dñe verꝶ est sicut dicis ita queso mecū fiat. Ve
ritas tua me doceat: ipa me custodiat et vsq̄ʒ ad
salutarē finē meꝯ ducat. Ipsa me liberet ab om
ni affectōe mala et iordinata dilectōe: ⁊ ābula
bo tecū in magna cordis libertate. Ego te doce

bo ait veritas q̃ recta sũt et placita corã me. Co
gita peccata tua cũ displicẽtia magna ꝛ merore
et nũq̃ reputes te aliq̃d eẽ ꝓpt̃ opa bona. Reue
ra pctõr es et mlt̃ꝯ passionib⁹ obnoxius ꝛ ĩplica-
tus. Ex te sẽp ad nihil tẽdis et cito laberis: cito
vinceris: cito turbaris: cito dissolueris. Non ha
bebis q̃cq̃ vnde possis gloriari: sed multa vnde
te debes vilificare: q̃a multo infirmior es: q̃ va-
les ꝯphẽdere. nihil ergo magnũ tibi videat̃ ex
oĩb⁹ q̃ agis: nihil grande nihil p̃ciosũ ꝛ admira-
bile nihil reputatõe apppareat dignũ: nihil al-
tum: nihil vere laudabile ꝛ desiderabile: nisi q̃d
eternũ est. Placeat tibi sup oĩa eterna vitas di
spliceat tibi sup oĩa vilitas maxima tua. Nihil
sic timeas: nihil sic vituperes ꝛ fugias sicut vitia
et peccata tua: q̃ magis displicere debent q̃ q̃li-
bet rerꝫ damna. Quidã nõ syncere corã me ãbu
lãt sed q̃dã curiositate et arrogãtia ducti volũt
secreta mea scire et alta dei intelligere: sc̃ꝫ suaꝫ
salutẽ negligẽtes. Hi sepe in magnas tẽtatõnes
et peccata ꝓpter suã supbiã: ꝛ curiositatẽ me eis
aduersante labũt̃. Time iudicia dei: expauesce
irã oĩpotẽt̃: noli aũt discutere opa altissimi: sed
tuas iniquitates p̃scrutare in quãtis deliq̃sti et
q̃ multa bona neglexisti. Quidã solũ portãt su
am deuotõeꝫ in libris et quidã in imaginibus
quidã aũt in signis exterioribus ꝛ figuris. q̃dã

habent me in ore:sed modicū in corde. Sūt alii qui intellectu illuīati et affectu purgati ad eterna semp anhelāt:de terrenis grauiter audiunt necessitatibus nature dolenter inseruiūt et hi sētiūt qd veritatis spūs loquit' in eis qui docet eos terrena despicere et amare celestia mūdū negligere et celū tota die ac nocte desiderare. ¶ De mirabili affectu diuini amoris. ¶ Ca. vi.

Benedico te pater celestis pater dñi mei iesu christi quia mei pauperis dignatus es recordari. O pater misericordiarum et deus totius consolationis:gratias ago tibi qui me indignum omni consolatione quādoq tua recreas consolatione. Benedico te semper et glorifico cum vnigenito filio tuo et spiritu sancto paraclito in secula seculorꝝ. Eya dñe deus amator sancte meus cum tu veneris in cor meum exultabūt oīa īteriora mea. Tu es glā mea et exultatio cordis mei:tu es spes mea et refugiū meū ī die t'bulatōis mee. Sꝫ qa adhuc debilis suꝫ in amore et īpfectus in virtute ideo necesse habeo a te ꝯfortari ⁊ cōsolari:ꝑterea visita me sepiꝰ et instrue disciplinis sāctis. Libera me a passionibus malis:et sana cor meū ab oībꝰ affectionibꝰ īordinatꝭ ⁊ vitiis vt ītus sanatꝰ et bñ purgatꝰ aptꝰ efficiar ad amādū: fortꝭ ad patiēdū:stabilis ad ꝑseuerādū. Magna res ē amor:magnū oīno bo

ra facilius subiugabis. Perfecta nāq; victoria ē
de semetip̄o triūphare. Qui enī semetip̄m sub-
iectū tenet vt sēsualitas rationi ⁊ ratio in cūctis
obediat mihi: hic vere victor est sui et dn̄s mūdi
Si ad hūc apicē scādere gliscis: oportet viriliter
incipere et securim ad radicē ponere: vt euellas
⁊ destruas occultā ⁊ inordinatā inclinatōnē ad
teip̄m et ad oē p̄uatū et mat̄iale bonū. Ex h̄° vi-
tio ꝙ hō semetip̄m nimis inordinate diligit pe
ne totū pēdet quicq̄d radicalit̄ vincēdū est. Quo
deuicto et sub acto malo: pax magna et trāquil
litas erit ꝯtinuo. Sed quia pauci sibiip̄is perfe-
cte mori laborāt: nec plene extra se tendūt: pro-

pterea in se iplicati remanēt:nec supra se in spū eleuari possūt. Qui aūt libere mecū ābulare desiderat:necesse est vt oms prauas ⁊ inordinatas affectiões suas mortificet: atq₃ nulli creature ꝓuato amore cōcupiscēter inhereat. ℭ De diuersis motibus nature ⁊ gratie. ℭ Capitulū. lix.

Filli diligenter aduerte motus nature ⁊ gratie quia valde contrarie et subtiliter mouentur:et vix nisi a spirituali et intimo illuminato homine discernunt᷑. Omnes quidez bonū appetunt et aliquid boni in suis dictis vel factis pretēdunt:ideo sub specie boni multi falluntur. Natura callida est et multos trahit:illaqueat ⁊ decipit:et se semper pro fine habet. Sed grā simpliciter ābulat:et ab oī specie mala declinat:fallacias nō pretēdit:et omia pure propť deū agit in quo et finaliter requiescit. Natura inuite vult mori:nec premi/nec supari/nec subesse/nec spōte subiugari. Gratia vero studet mortificationi ppe:resistit sensualitati:querit subiici:appetit vinci:nec ꝓpria vult libertate fūgi:sub disciplina amat teneri:nec alicui cupit domiari: ſ₃ sub deo semper viuere stare et esse:atq₃ propter deū oī humane creature humiliter parata est inclinari. Natura pro suo comodo laborat et qd lucri ex alio sibi proueniat attendit. Gratia autē non quid sibi vtile et comodum sit sed quod mľ

tis ꝓficiat magis ꝯsiderat. Naťa libeť honorē ⁊
reuērētiā accipit Gr̃a v'o oēʒ honorē ⁊ gl̃aʒ ꝺo fi-
delit' attr̃buit. Naťa ꝯfusiōeʒ tiet ⁊ ꝯtēptū. Gr̃a
āt gaudet ꝑ noīe iesu ꝯtumeliā pati Natura oci
um amat ⁊ quietē corporalem. Gratia autē va-
cua esse nō potest: sed libēter āplectitur laborē.
Natura querit curiosa habere et pulchra: et ab
horret vilia et grossa. Gratia vera simplicib' de
lectatur et hūilibus: aspera nō aspernať: nec ve
tustis refugit indui pannis. Natura respicit tē-
porolia: gaudet ad lucra terrena: tristať de dā-
no: irritatur leui iniurie verbo. Sed gratia attē-
dit eterna: nō inheret tpalib': nec in ꝑditōe reꝝ
turbatur: neqꝫ verbis duriorib' acerbať: qa the-
saurū suū et gaudiū in celo vbi nil perit ꝯstituit
Natura cupida est ⁊ libentius: accipit q̃ donat:
amat ꝓpria ⁊ priuata. Gratia autē pia est ⁊ cō
munis: vitat singularia: cōtētať paucis beati' iu
dicat dare q̃ accipe. Naťa īclinat ad creťas ad
carnē ꝓpriā: ad vanitatē et discursus. Sʒ gr̃a tra
hit ad deū ⁊ virtutes. renuntiat creaturis: fugit
mūdū: odit carnis desideria: restringit euaga-
tōes: erubescit in publico appere. Natura libeť
aliqđ solatiū habet externū in quo delecteť ad
sensū. Sed gratia in solo deo querit cōsolari: et ī
sūmo bono super omnia visibilia delectari. Na
tura totum agit propter lucrum et comodum ꝓ

priū:nihil gratis facere pōt:sed aut equale/ aut melius/aut laudē vel fauorē pro benefactis cō-sequi sperat: ⁊ multū pōderari sua gesta ⁊ dona cōcupiscit. Gratia vero nil tpale querit/nec aliud pmiū q̄ deū solū pro mercede postulat/nec ā-plius de tpalibus necessariis desiderat nisi quā-tum hec sibi ad assecutionē eternorū valeat de-seruire. Natura gaudet de amicis multis et ꝓ-pinquis/gloriatur de nobili loco ⁊ ortu generis arridet potētibus/ blādītur diuitibꝰ/applaudit sibi similibus. Gratia autem et inimicos dili-git:nec de amicorum turba extollitur: nec locū nec ortū nataliū reputat:nisi virtus maior ibi fu-erit fauet magis pauperi q̄ diuiti/compatiť plꝰ innocēti q̄ potēti/ ꝯgaudet veraci nō fallaci:ex-hortať semper bonos meliora carismata emu-lari et filio dei per virtutes assimilari. Natura de defectu et molestia cito ꝯqueritur. Gratia cō-stāter fert inopiā Natura oīa ad se reflectit/pro se certat ⁊ arguit. Gr̄a aūt ad deū cūcta reducit vnde originaliter emanat:nihil boni sibi ascri-bit/nec arrogāter presumit/nō cōtendit:nec su-am sētētiam aliis prefert. Sʒ in oī sēsu et intelle-ctu eterne sapiētie:ac dīno examini se submit-tit. Naťa appetit scire:⁊ noua secreta audire vl̄t extiꝰ appere/⁊ mlťa ꝑ sensus experiri:desiderat agn̊sci ⁊ agere vn̄ laus ⁊ admiratō ꝓcedit. Sʒ gr̄a

non curat noua nec curiosa pcipere:quia totum hoc devetustate corruptōis est ortū/cū nihil nouū et durabile sit super terrā. Docet itaq sensus restringere vanā ꝯplācētiam et ostentatōez deuitare:laudāda et digne mirāda hūiliter abscōdere/et de omni re et de oī sciētia vtilitatis fructū:atq dei laudē et honorem querere. Nō vult se nec sua predicari: sed deū in donis suis optat benedici/qui cūcta ex mera charitate largitur Hec grā supernaturale lumen/et quoddam dei speciale donū est:et ꝓprie electorꝫ signaculū ⁊ pignus salutis eterne/ q̄ hoīez de terrenis ad celestia amāda sustulit et de carnali spiritualē effi cit. Quāto igit̄ natura āplius premit̄ ꝯvincitur tanto maior gratia infundit̄/et quotidie nouis visitatōibꝰ īterior hō ẜm ymaginē dei reformatur. ¶ De corruptōe nature et efficatia gratie diuine. ¶ Capitulum. lx.

DOmine deus meꝰ qui me creasti ad ymaginem et siłitudinē tuā cōcede mihi hanc grāz quā oñdisti mihi tā magnā et necessariaz ad salutē:vt vincā pessimā naturā meā trahentem ad peccata et in perditōez. Sentio.n. ī carne mea legem peccatiꝫ dicentē legi mentꝭ mee et captiuū me ducentem ad obediendū sensualitati in multis:nec possū resistere passiōibꝰ eiꝰ nisi assistat tua sanctissima grā cordi meo ardē

ter infusa. Opus est grã tua: et magna gratia vt vincat̃ natura ad malũ sẽp pna ab adolescentia sua. Nam p pmũ hoiem adam lapsa et viciata per peccatũ in oms hoies pena hui9 macule descendit: vt ipa natura que bõa ꝛ recta a te cõdita fuit: pvitio iam et infirmitate corrupte nature ponat̃: eo ꝙ motus eius sibi relict9 ad malũ ꝛ inferiora trahat. Nam modica vis q̃ rem ãsit est tanq̃ scintilla quedã latens in cinere. Hec est ipsa ratõ naturalis circũfusa magna caligine adhuc iudiciũ hñs boni ꝛ mali: veri falsiq3 distantiam: licet ĩpotens sit adimplere oẽ quod approbat: nec pleno iã luĩe veritatꝭ: nec sanitate affectionũ suaꝝ potiat̃. Hinc est deus meus: ꝙ cõdelector legi tue fm interiorẽ hoĩe3 sciens mãdatũ tuũ fore bonũ iustũ et sãctũ: arguẽs etiam oẽ malũ et peccatũ fugiendũ: carne aute3 fuio legi peccati dũ magis sensualitati obedio q̃ rationi. Hinc est ꝙ velle bonũ mihi adiacet: pficere autem nõ ĩuenio. Hinc sepe multa bona ppono: sed quia grã deest ad adiuuãdũ infirmitatem meã ex leui resistentia resilio et deficio. Hinc accidit ꝙ viã pfectõis agnosco et qualiter agere debeã clare sat9 video sed pprie corruptionis pondere pressus ad pfectiora nõ assurgo. O q̃ maxĩe est mihi necessaria dñe grã tua: ad inchoandũ bonũ: ad pficiẽdũ: ꝛ ad pficiẽdũ. Nam

sine ea nihil possũ facere: oĩa ãt possũ in te: ꝯfortãte me gratia O uere celestis grã, sine q̃ nulla sũt ꝓpa mẽita: nulla q̈ꝫ dona nat̃e pōderãda. Nihil artes: nihil diuitie: nihil pl̃chritudo: vl̃ fortitudo nihil ĩgeniũ vel eloquẽtia valẽt apd̃ te dñe sñ grã. Nã dona nature bõis ⁊ mal̃ sũt cõia. electoꝝ aũt ꝓpriũ donũ est grã siue dilectio qua ĩsigniti digni hñtur vita eterna. Tm̃ eminet hec grã: vt nec donũ ꝓphetie: nec signoꝝ opatio: nec quãtalibet alta speculatio aliqd estimet̃ sñ ea. Sed neqꝫ fides: neqꝫ spes: neqꝫ alie virtutes tibi accepte sũt sñ charitate et grã. O btissima grã q̃ pauperẽ spiritu virtutibus diuitẽ facis et diuitem mult̃ bonis humilẽ corde reddis Veni descẽde ad me: reple me mane ꝯsolatõe tua: ne deficiat pre lassitudine ⁊ ariditate mẽtis aĩa mea Obsecro dñe vt iueniã grãm ĩ oculis tuis: sufficit eĩ mihi grã tua cetis nõ obtẽtis q̃ desiderat natura. Si fuero tẽtatus ⁊ vexatus tribulatõib⁹ mult̃ nõ timebo mala dũ mecũ fuerit grã tua. Ipsa fortitudo mea ipa cõsiliũ cõfert et auxiliũ Cũctis hostibus potẽtior est: ⁊ sapientior vniuersis sapiẽtibus. Magistra est veritatis: doctrix disciplĩe: lumẽ cordis: solamẽ pressure: fugatrix tristitie: ablatrix timoris: nutrix deuotionis: ꝓductrix lachrymarũ. Quid sũ sñ ea nisi aridũ lignũ et stips iutilis ad eiiciẽduꝫ? Tua ergo me

dñe gr͡a semp p̄ueniat et sequatur:ac bonis opi
bus iugiter prestet esse intētū per iesū christum
filiū tuū. Amē

¶ ꝙ nosipos abnegare:et christum imitari de
bem⁹ per crucē.

¶ Capitulum.lxi.

Fili quātū a te vales exire:tātū in me pote
ris trāsire. Sicut nihil foris cōcupiscere ī
ternā pacē facit: sic se interius relīquere deo cō
iūgit. Volo te adiscere pfectā abnegationē tui
in volūtate mea sine cōtradictiōe ꝛ querela. Se
quere me ego sū via: veritas ꝛ vita. Sine via nō
itur:sine veritate nō cognoscitur:sī vita nō viui
tur. Ego sū via quā sequi debes:veritas cui cre
dere debes:vita quā sperare debes. Ego sū via ī
uiolabilis:vitas īfallibilis:vita īterminabilis.
Fgo sū via rectissima:veritas suprema:vita ve
ra:vita btā:vita increata. Si māseris ī via mea
cognosces veritatem:et veritas liberabit te ꝛ ap
prehendes vitam eternam. Si vis ad vitam in
gredi serua mandata. Si vis veritateꝫ cognosce
re crede mihi. Si vis perfectus esse:vende om̄ia
Si vis esse discipulus meus:abnega temetipsuꝫ
Si vis beatā vitā possidere:presētē vitā ꝯtēne Si
vis exaltari ī celo:hūilia te ī mūdo. Si vis rēgna
re mecū:porta crucē mecuꝫ. Soli ei serui crucis

inueniūtviā beatitudinis etvere lucis. Dñe ie-
su christe: quia arta estvia tua ⁊ mūdo despecta
dona mihi tecū mūdi despectū imitari. Nō enī
maior est seruus dño/nec discipul⁹ super magi-
strū. Exerceat' seru⁹ tu⁹ invita tua: quia ibi ē sa
lus mea: et sāctitasvera. Quicquid extra eā le-
govel audio nō me recreat: nec delectat plene.
Fili quia hec scis et legisti oīa: beat⁹ eris si fece
ris ea. Qui hʒ mādata mea ⁊ suat ea: ipse est q
diligit me: et ego diligā eū: ⁊ maifestabo ei me
ipʒ: et faciā eū ꝯsedere mecū in regno pr̄is mei
Dñe igitur sicut dixisti et ꝑmisisti: sic vtiq; mi-
hi promereri ꝯtingat. Suscepi de manu tua cru
cē: portabo eāvsq; ad mortē sicut imposuisti mi
hi. Verevita boni monachi crux est: sʒ dux pa
disi: inceptū est: retro abire nō licet nec relinq̄re
oportet. Eya frater ꝑgamus simul. iesus erit no
biscū: propt' iesū suscepim⁹ hāc crucē: propt' iesū
perseuerem⁹ in cruce. Erit adiutor noster qui ē
dux noster et ꝓcessor. En rex noster ingreditur
añ nos: q pugnabit pro nobis Sequamurvirilit'
nemo metuat t'rores: sim⁹ parati mori fortiter ī
bello: nec inferamus crimē glorie nostrevt fugi
am⁹ a cruce. ¶ ꝙ homo nō sit nimis deiect⁹ qñ
in aliquos labitur defectus. ¶ Capitulū. lxii.

Fili magis placent mihi patientia et hūili
tas in aduersis q̄ multa ꝯsolatio ⁊ deuotio

in prosperis. Vt quid te ꝯtristat paruū factū cō tra te dictū? Si ampliꝰ fuisset cōmoueri nō debuisses: sed nūc dimitte trāsire: nō est p̄mū nec nouū: nec vltimū erit si diu vixeris. Satis virilis es q̄diu nil obuiat aduersi. bene etiā cōsulis: et alios nosti roborare verbis. sed cū ad ianuā tuā venit repētina tribulatio deficis cōsilio et robore. Attēde magnā fragilitatē tuā quā sepiꝰ experiris in modicis obiectis. Tamen ꝓ salute tua ista fiunt. Cum hec et similia cōtingūt. Pone vt melius nosti ex corde: ꝛ si te tetigit nō tamē deiiciat nec diu implicet. Ad minꝰ sustine patienter: si nō potes gaudēter. Etiā si minꝰ libēter audis et indignationē sētis. Reprime te: nec patiaris aliq̄d īordinatum ex ore tuo exire vn̄ paruuli scādalizētur. Cito cōquiescet cōmotio excitata: et dolor īt'nus reuertēte gratia dulcorabitur. Adhuc viuo ego dicit dn̄s iuuare te paratꝰ et solito āplius cōsolari: si cōfisus fueris mihi et deuote īuocaueris. Aī equior esto et ad maiorē sustinētiā accingere. Nō est totū frustratū: si te sepius percipis tribulatum vel grauiter tentatum. Homo es et nō deus: caro es et nō āgelꝰ Quomodo tu posses semper in eodem statu virtutis permanere: quādo hoc defuit āgelo ī celo. et primo homini ī paradiso: qui nō diu steterūt Ego sum qui merētes erigo sospitate: et suā co-

gnoscentes infirmitatē ad meā ꝓueho diuinita
tem. Domine benedictum sit verbum tuū. dul-
ce super mel et fauū ori meo. Quid facerem in
tantis tribulationib⁹ et angustiis meis nisi me
cōfortares tuis sanctis ſmonibus? Dummodo
tandem ad portum salutis perueniam: qd cure
est que et quāta passus fuero? Da finem bonuꝫ
da felicem ex hoc mūdo trāsitū. Memēto mei
deus meus: ⁊ dirige me recto itinere in regnuꝫ
tuum. Amen. ¶ De altioribus rebus ⁊ occul-
tis iudiciis dei non scrutandis. ¶ Capi. lxiii.

Fili caueas disputare de altis materiis ⁊ de
occultis dei iudiciis. Cur iste sic relinqui
tur et ille ad tantā gratiam assumitur: cur etiā
iste tantum affligit̄ ⁊ ille tam eximie exaltatur
Ista omnē humanā facultatem excedūt: nec ad
inuestigādū iudicium diuinū vlla ratio ꝑualet
vel disputatio. Quando ergo hec tibi suggerit ī
inimicus: vel etiam quidam curiosi inquirunt ho
mines: responde illud prophete. Iust⁹ es domi-
ne et rectum iudiciū tuum. Et illud: Iudicia do
mini vera iustificata in semetipā. Iudicia mea
metuenda sūt nō discutienda: quia humano in
tellectui sunt incomprehensibilia Noli etiā inq
rere vel disputare de meritis sanctoꝝ quis alio
sanctior aut quis maior fuerit in regno celorū.
Talia generant sepe lites ⁊ contētiones iutiles

nutriunt quoqꝫ superbiam et vanam gloriã: vnde oriunt̃ inuidie et dissensiones: dum iste illuꝫ sanctum et alius alium conatur superbe preferre. Talia autem velle scire et inuestigare: nullũ fructum afferunt: sed magis sanctis displicent: quia nõ sum deꝰ dissensionis: sed pacis: que pax magis in humilitate vera q̃ in propria exaltatione consistit. Quidam zelo dilectionis trahuntur ad hos vel ad illos ampliori affectu: sed humano potius q̃ diuino. Ego sum qui cunctos cõdidi sanctos: ego donaui gratiam / ego prestiti gloriam / ego noui singulorum merita: ego preueni eos in benedictõnibꝰ dulcedinis mee: ego presciui dilectos añ secula: ego eos elegi: de mũdo non ipsi me preelegerunt: ego vocaui per gratiam / attraxi per misericordiã: ego ꝓduxi eos per tentationes varias: ego infudi cõsolationes magnificas: ego dedi perseuerantiam: ego coronaui eorum patiẽtiam: ego primũ et nouissimũ agnosco: ego omnes inestimabili dilectõne amplector: ego laudandus sum ĩ omnibus sanctis meis: ego super omnia benedicẽdus sum et honorandus in singulis quos sic gloriose magnificaui et predestinaui sine vllis ꝑcedẽtibꝰ ꝓpͥis meritꝭ. Qui ergo vnũ de minimis meis ꝯtẽpserit nec magnũ hõrat: quia pusillũ ⁊ magnũ ego feci. Et q derogat alicui scõꝝ: derogat mihi ⁊ ceťis oĩbꝰ

in regno celorũ. Omnes vnũ sũt per charitatꝭ vi
culum: idem sentiũt: idem volũt, et oms in vnũ
se diligunt. Adhuc autem qđ mlto alti⁹ est: pl⁹
me q̃ se et sua merita diligũt. Nã supra se rapti
et extra ꝓpriã dilectionez tracti, toti in amorẽ
mei pergũt: in quo et fruitiue qescũt. Nihil ẽ qđ
eos auertere possit aut deprimere: quippe q et-
na veritate pleni igne ardescũt inextinguibilis
charitatis. Taceãt igitur carnales et aĩales ho
mines de sanctoꝝ statu disserere: qui nõ norunt
nisi priuata gaudia diligere. Demũt et addunt
ꝓ sua inclinatõe: nõ ꝓut placet eterne vitati. In
multis ẽ ignorãtia eorum maxime qui paꝝ il
luminati raro aliquez ꝑfecta dilectõe spũali di
ligere norũt. Multi adhuc naturali affectu ꝛ hu
mana amicicia ad hos vel ad illos trahũť: ꝛ sic
in iferioribus se habent: ita et de celestib⁹ ima-
ginãtur. Sed est distãtia incõparabilis que im
ꝑfecti cogitant ꝛ que illuminati viri per reuela
tionẽ supernã speculanť. Caue ergo fili de istis
curiose tractare que tuã sciẽtiã excedunt: sꝫ hoc
magis satageꝛ intẽde vt vel minim⁹ in regno đi
queas inueniri. Et si quispiã sciret quis alio sã-
ctior esſꝫ vel maior haberetur in regno celorum
quid ei hec notitia prodesſꝫ nisi se ex hac cogni
tione coraz me hũiliaret: ꝛ in maiorẽ noĩs mei
laudem exurgeret? Multo acceptius deo facit:

qui de peccatorum suoꝝ magnitudine et virtu tum suaꝝ paruitate cogitat: et q̄ longe a sancto rū perfectione distat: q̄ is qui de eorum maiori tate vel paruitate disputat. Melius est sanctos deuotis precibus et lachrymis exorare et eorū gloriosa suffragia humili mēte implorare: q̄ eo rum secreta vana inquisitōe ꝑscrutari. Illi bene et optime cōtētātur: si homines scirēt cōtētari ⁊ vaniloquia sua cōpescere. Non gloriātur de ꝓ priis meritis quippe qui sibi nil bonitatis ascri bunt: sed totum mihi quoniā ipsis cūcta ex infi nita charitate mea donaui Tāto amore diuini tatis ⁊ gaudio supefflūēti replētur vt nihil eis de sit glorie: nihilq; possit deesse felicitatis. Oīs sā cti quāto altiores in gloria: tāto humiliores in seipsis et mihi viciniores et dilectōres existunt Ideoq; habes scriptū quia mittebāt coronas su as añ deū et ceciderūt in facies suas corā agno et adorauerūt viuētem in sc̄la sc̄loꝝ. Multi qui dē q̄runt quis maior sit in regno dei: q ig̊rāt an cū minimis erūt digni ꝯputari. Magnū est vel minimū esse in celo vbi oēs magni sūt quia oēs filii dei vocabunť ⁊ erť. Minim⁹ erit in mille: ⁊ peccator cētū ānoꝝ morieť. Cū ei q̄rerēt disci puli qs maior eēt ĩ regno celoꝝ: tale audierť re spōsū. Nisi cōuersi fueritis et efficiami sicut par uuli nō intrabitis in regnū celoꝝ. Quicunq; g̊

humiliauerit se sicut ꝑuulꝰ iste:hic maior est in regno celorũ. Ve eis qui cũ ꝑuulis hũiliare se spõte dedignãt᷑: qm̃ hũilis ianua regni celestis eos nõ admittet intrare Ve etiã diuitibus qui habẽt hic cõsolationes suas:quia paupibꝰ intrãtibus in regnũ dei ipi stabunt foras eiulantes. Gaudete hũiles et exultate paupes:quia vestrũ est regnũ dei:si tñ ĩ vitate ãbulatis ❡ ꝙ oĩs spes ⁊ fidutia in solo deo est figenda. ❡ Ca. lxiiii.

DOmine que est fidutia mea quã in hac vita habeo aut quod maius solatiũ meũ ex oĩbus appẽtibus sub celo? Nõne tu dñe deꝰ meus cuius misericordie nõ est numerꝰ? Vbi mihi bene fuit sine te:aut quãdo male esse potuit . presẽte te? Malo pauper esse propter te q̃ diues sine te. Eligo potius tecũ in terra ꝑegrinari q̃ sine te celuȝ possidere. Vbi tu ibi celum:atq̧ ibi mors et infernus vbi tu non es. Tu mihi in desiderio es:et ideo post te gemere ⁊ clamare et exorare necesse est. In nullo deniq̧ possũ plene cõfidẽ q in necessitatibꝰ auxilie᷑ oportunis:nisi ĩ te solo ꝺo meo Tu es spes mea ⁊ fiducia mea:tu ꝯsolator meꝰ ⁊ fidelissimꝰ ĩ oĩbꝰ. Oẽs q̃ sua sũt q̃rũt tu salutẽ meã/et ꝑfectũ meũ solũmõ ꝑtẽdis: et oĩa in bonũ mihi ꝯuertis:etiã si variis tẽtationibus ⁊ adũsitatibꝰ exponas. Hoc totũ ad vtilitatẽ meã ordinas:qui mille modis dilectos tu-

os probare ꝯsueuisti. In qua ꝓbatione nō min⁹ diligi debes et laudari: q̄ si celestib⁹ ꝯsolationi bus me repleres. In te ergo dn̄e deus pono totā spem meā ⁊ refugiū: in te oēm tribulationē ⁊ āgustiā meā ꝯstituo: quia totū īfirmū et instabile īuenio qcquid extra te cōspicio. Nō eī proderūt multi amici: neq₃ fortes auxiliarii adiuuare potūt: neq₃ prudētes cōsiliarii respōsum vtile dare: neq₃ liber doctoꝝ cōsolari: nec aliqua preciosa substātia liberare: nec locus aliquis secret⁹ cōtutari si tu ipe nō assistas: iuues: ꝯfortes / cōsoleris: īstruas: ⁊ custodias. Oīa nāq₃ que ad pacē videntᷣ esse et felicitatē habēdā: te absēte nihil sūt: nihilq₃ felicitatis in veritate ꝯfert. Finis g° oīꝫ bonoꝝ ⁊ altitudo vite ⁊ ꝓfūditas oīꝫ eloqorū tu es: et in te sup oīa spare fortissimū solatiū seruoꝝ tuorū. Ad te sūt oculi mei: ī te ꝯfido ds me⁹ mīaꝝ pr̄. Bn̄dic ⁊ scīfica aīaꝫ meā bn̄dictōe celesti vt fiat hītatio scā tua ⁊ sedes et̄ne gl̄ie tue nihilq₃ ī tēplo tue dignitatꝭ īueniatur quod oculos tue maiestatis offendat. Secundum magnitudinem bonitatis tue et multitudinē miserationum tuarum respice in me et exaudi orationem pauperis sui tui longe exulātis in regiōe vmbre mortis. Protege et ꝯserua animā serui li tui īter tot discrimia vite corruptibil: ac coīcāte grā tua dirige p viā pacis ad patriā ppetue

claritatis. ¶ Explicit liber tertius Incipit quartus: ¶ Deuota exhortatio ad sacrā corpis christi cōmunionē. Vox christi.

u Venite ad me oēs qui laborat et onerati estis ⁊ ego reficiā vos dicit dn̄s. Panis quē ego dabo: caro mea est ꝓ mūdi vita. Accipite ⁊ comedite hͦ ē corpꝰ meū: qđ ꝓ vobis tradet̃. Hoc facite ī meā ꝯmemoratōez. Qui māducat carnē meam ⁊ bibit meū sāguinē in me manet ⁊ ego in illo Verba que ego locutus sum vobis spūs et vita sunt.

¶ Cū quāta reuerētia xp̄s sit suscipiēdus. Ca i

h Hec sunt verba tua christe veritas etn̄a: q̄uis nō vno tp̄e prolatā nec vno in loco cō-scripta. Quia ergo tua sūt verba gratāter mihi ⁊ fideliter cūcta sūt accipienda. Tua sūt et tu ea ꝓtulisti: et mea q̄ȝ sūt qa ꝓ salute mea edidisti. Libēt̃ suscipio ea ex ore tuo: vt artiꝰ inserāt̃ cordi meo. Excitāt me v̄ba tāte pietatis plena dulcedinis et dilectionis: sed terrent me delicta ꝓpria: et ad capiēda tanta mysteria me reuerberat īpura cōscientia. Prouocat me dulcedo verborū tuoꝝ: sed onerat me multitudo vitiorū meorum. Iubes vt fiducialiter ad te accedam si te cū velim habere partem: vt immortalitatis accipiā alimoniam si eternā cupiam obtinere vitā ⁊ gloriam. Venite (inquit) ad me om̄s q la-

boratis et onerati estis:et ego reficiā vos O dul
ce et amicabile verbum in aure peccatorꝝ: ꝙ tu
domīe deus meus egenū et paupem īuitas ad
cōmunionē tui sanctissimi corporis. Sed quis
ego sum dn̄e vt ad te presumaꝫ accedere? Ecce
celi celorū te nō capiūt ⁊ tu dicis:venite ad me
omnes. Quid sibi vult ista piissima dignatio et
tā amicabilis īuitatio? Quomodo ausus ero ve
nire qui nihil boni mihi cōsci⁹ sū? Vnde possuꝫ
presumere. Quomodo te introducā in domum
meā:qui sepius offendi benignissimā faciem tu
am. Reuerētur angeli et archāgeli: metuūt sā
cti et iusti:et tu dicis venite ad me omnes. Nisi
tu dn̄e hoc diceres:quis verū esse crederet:et ni
si tu iuberes:quis accedere attentaret? Ecce noe
vir iustus in arche fabrica cētum ānis labora-
uit vt cum paucis saluaret̄:et ego quō me poto
vna hora preparare vt mūdi fabricatoreꝫ cū re
uerentia sumam? Moyses famul⁹ tuus magn⁹ ⁊
specialis amicus tuus archam ex lignis impu-
tribilib⁹ fecit quam ⁊ mundissimo vestiuit auro
vt tabulas legis in eis reponeret:⁊ ego putrida
creatura audebo te conditorem legis ac vite da
torem tam facile suscipere. Salomon sapientissi
mus regū israel magnificum templū septeꝫ ā-
nis ī laudem nominis tui edificauit:et octo die
bus festum dedicationis eius celebrauit:mille

hostias pacificas obtulit:et archā federꝭ clāgore
buccine et iubilo ī locū sibi ꝑparatū solēnit col
locauit:ꝛ ego īfelixꝛ pauprimꝰ hoīm quō te ī do
mū meā introducā qꝫ vix mediā expādere deuo
te noui horā:ꝛ vtinā vel semel digne fere mediā
O mi deus quātū illi ad placēdū tibi agere stu
duerūt. Heu ꝙ pusillū est quod ago:ꝙ breue ex-
pleo tēpus cū me ad cōicādum dispono: raro to
tus collectus:rarissime ab oī distractiōe purga
tus. Et certe in tua salutari deitatis pn̄tia nulla
deberet occurrere īdecēs cogitatō:nulla etiā oc
cupare creatura: qa nō āgelū sed āgelorū dn̄m
suscepturus sū hospitō Est tn̄ valde magna distā
tia int̄ archā federis cū suis reliqꝛs:et mūdissi-
mū corpꝰ tuū cū suis īeffabilibꝰ virtutibus: īter
legalia illa sacrificia futurorū ꝑfiguratiua:ꝛ ve
rā tui corporis hostiā oīm antiquoꝝ sacrificio-
rū cōpletiuā. Quare igitur nō magis ad tuam
venerabilē īardesco pn̄tiā: cur nō maiori me ꝑ
paro sollicitudīe ad tua scā sumēda:qn̄ illi ātiq
sācti patriarche et ꝓphete reges ꝗꝫ ꝛ ꝑncipes cū
vniuerso populo tātū deuotōis ꝯmōstrarūt affe
ctū erga cultū dīnū Saltauit deuotissimꝰ rex da
uid corā archa ꝺi totꝭ vibus:recolēs bn̄ficia oli ī
dulta pr̄ibꝰ: fecit diūsi generꝭ organa psalmos c
didit ꝛ cātari īstituit: cū letitia cecinit:ꝛ ipē fre
qn̄t ī cithara sp̄s scī afflatꝰ gr̄a docuit pplꝫ israel

toto corde deũ laudare ꝛ ore cõsono dieb⁹ singu lis bñdicere ꝛ ꝑdicare. Si tãta agebat̃ tũc deuo-tio ac diñe laudis extitit recordatõ corã archa testamẽti: q̃ta nũc mihi ꝛ oĩ populo xp̃iano ha-bẽda est reuerẽtia et deuotõ ĩ pñtia sacramẽti: in sũptõe excellẽtissimi corp̃is christi? Currunt m̃lti ad diuersa loca ꝓ visitãdis reliq̃is scõrũ et mirãt̃ auditis gestis eoꝝ: ãpla edificia tẽploꝝ inspiciũt: et osculãt̃ sericis et auro inuoluta sa-cra ossa ip̃oꝝ. Et ecce tu presẽs es hic apud me in altari deus meus sanct⁹ sãctorũ creator oĩm et dominus ãgelorum. Sepe in talib⁹ videndis est curiositas hoĩm et nouitas ĩuisorum et mo-dicus reportatur emẽdationis fructus: maxime vbi est tam leuis sine vera cõtritiõe discursus. Hic aũt in sacramẽto altaris totus presẽs es ds̃ meus homo christ⁹ iesus: vbi et copiosus ꝑcipit̃ eterne salutis fruct⁹ quotiẽscũq; fueris digne ac deuote susceptus. Ad istud vero nõ trahit leui-tas aliq̃ nec curiositas aut sẽsualitas: sed firma fides/deuota spes/et sincera charitas. O inuisi-bilis ꝯditor mundi deus q̃ mirabiliter agis no-biscũ q̃ suauiter et gratiose cum electis tuis di-sponis: q̃bus temetipsum in sacramẽto sumẽdũ proponis. Hoc nanq; oẽm intellectum superat: h̃ specialit̃ deuotoꝝ corda ĩbit ꝛ accẽdit affectũ Ipi eĩ veri fideles tui q̃ totã vitã suã ad emen-

datōnē disponūt: ex hoc dignissimo sacramen-
to magnā deuotionis gratiā et virtutis amorē
freq̄ter recipiūt. O ammirabilis et abscondita
grā sacramēti quā norūt tm̄ christi fideles: infi
deles autē ⁊ peccatis seruientes expiri nō possūt
In hoc sacramēto confert spiritualis grā ⁊ repa
rat in aīa virtus amissa: et per peccatū deforma
ta redit pulchritudo. Tanta est aliqn̄ hec gra-
tia: vt ex plenitudine collate deuotionis nō tm̄
mens: sz ⁊ debile corpus vires sibi prestitas sen-
tiat ampliores. Dolendū tn̄ valde ⁊ miserandū
sup tepiditate et negligētia nostra: q̄ nō maio-
ri affectu trahimur ad christū sumēdū: ī q̄ tota
spes saluādorꝝ cōsistit et meritū. Ipse. n. est sācti
ficatio nr̄a et redēptio: ipse consolatio viatorꝝ et
sāctorꝝ eterna fruitio. Dolēdū itaq̄ valde: q̄ mlti tam parꝝ hoc salutare mysteriū aduertunt: qd
celū letificat et mūdū conseruat vniuersū. Heu
cecitas et duritia cordis hūani: tam ineffabile
donū nō magis attendere et ex quotidiano vsu
etiā ad inaduertentiā defluere. Si enī hoc san-
ctissimū sacramētū in vno tm̄ celebraret loco: et
ab vno tm̄ consecraret sacerdote in mūdo quāto
putas desiderio ad illū locū ⁊ talē dei sacerdotē
hoīes afficerētur: vt diuina mysteria celebrare
audirent? Nunc autē mlti facti sunt sacerdotes
et in multis locis offert christus: vt tāto maior

appeat gratia ꝛ dilectio dī ad hoīez quāto latiꝰ ē sacra coīo diffusa p orbē. Gratias tibi bōe iesu pastor eterne: q nos pauperes ꝛ exules dignatꝰ es precioso corpore ꝛ sanguine tuo reficere: ꝛ ad hec misteria pcipienda etiā ꝓpi oris tui alloqo inuitare dicēdo. Venite ad me oms q laborantis et onerati estis: et ego reficiā vos. ¶ ꝙ magna bonitas et charitas dei in sacramento exhibetur homini ¶ Ca. ii.

SVp bonitate tua et magna mīa tua dn̄e ꝯfisus accedo eger ad saluatorē: esuriēs et sitiēs ad fontē vite: egenus ad regē celi: seruꝰ ad dn̄z: creatura ad creatorē: desolatꝰ ad meū piuz ꝯsolatorē. Sz vn̄ mihi hoc vt veias ad me? Quis ego sum vt prestes mihi teipsū? Quō audet peccator coraz te apparere? Et quō tu dignaris ad pctōrē venire? Tu nosti fuum tuū ꝛ scis quia nil boni in se hz: vn̄ hoc illi prestes. Cōfiteor igitur vilitatē meā: agnosco bonitatē tuā: laudo pietatem: ꝛ gr̄as ago ꝓpt nimiā charitatē. Propt temetipsū. n. hoc facis: nō ꝓpt mea merita: vt bōitas tua mihi magis īnotescat: charitas āplior īgerat: et hūilitas pfectiꝰ cōmēdet. Quia g° tibi h° placet ꝛ sic fieri iussisti: placz et mihi dignatō tua: ꝛ vtinā iniqtas mea nō obsistat. O dulcissīe et benignissime iesu: quāta tibi reuerētia ꝛ gr̄arū actio cū ꝑpetua laude pro susceptione sacri

corporis tui debetur:cuius dignitatē nullus ho
minū explicare potēs īuenitur. Sed quid cogi-
tabo in hac cōione:in accessu ad dn̄m meū quē
debite venerari nequeo/ ⁊ tn̄ deuote suscipe de
sidero? Quid cogitabo melius et salubrius nisi
meip̄m totaliter humiliādo coram te: et tuā in
finitā bonitatem exaltādo supra me. Laudo te
deus meus et exalto in eternum. Despicio me
et subiicio tibi in profundum vilitatis mee. Ec-
ce tu sanctus sāctorꝝ et ego sordes peccatorū: et
tu inclinas te ad me:qui nō sum dign⁹ ad te re-
spicere. Ecce tu venis ad me:tu vis esse mecū:tu
inuitas ad cōuiuiū tuū:tu mihi dare vis celestē
cibum:et panē angelorū ad manducādum:non
aliū sane q̄ teip̄m panē viuū:qui de celo descen-
disti et das vitā mūdo. Ecce vnde dilectio ꝑce-
dit:qualis dignatio illucescit:q̄ magne gratia-
rū actiones et laudes tibi pro his debētur. O q̄
salutare et vtile cōsiliū tuū cum istud instituisti
q̄ suaue et iocūdū cōuiuium cū teipsum in cibū
donasti. O q̄ admirabilis operatio tua dn̄e:q̄ po
tēs virtus tua: q̄ ineffabilis veritas tua. Dixisti
enī et facta sūt oīa et hoc factum est qd̄ ip̄e iussi
sti. Mira res et fide digna ac hūanū vicēs ītel-
lectū:ꝙ tu dn̄e de⁹ me⁹ ver⁹ de⁹ ⁊ hō sub modica
specie panis et vini īteger ꝯtineriꝫ ⁊ sn̄ ꝯsūptōe a
sumēte māducariꝫ. Tu dn̄e vniuersorꝫ qui nulli⁹

habes indigētiam voluisti ꝑ sacramētuȝ tuū hi-
tare in nobis: ꝯserua cor meū ⁊ corpꝰ meū ima-
culatū vt leta et pura cōscientia sepiꝰ valeā tua
celebrare mysteria: et ad meā perpetuā accipe-
re salutem: q̄ ad tuū p̄cipue honorē ⁊ memoria-
le perhēne sanxisti et īstituisti. Letare anima
mea et gratias age deo pro tam nobili mune-
re et solatio singulari in hac lachrymarū valle
tibi relicto. Nā quotiēs hoc mysteriū recolis et
christi corpꝰ accipis: totiēs tue redēptiōis opus
agis: et particeps oīm meritoꝝ christi efficeris
Charitas etenī christi nūq̄ minuitur: et magni-
tudo ꝓpitiationis eiꝰ nūq̄ exhaurit᷑. Ideo noua
semꝑ mētis renouatiōe ad hoc disponere te de-
bes: et magnū salutis mysterium attēta cōside-
ratione pēsare. Ita magnū nouū et iocūduȝ ti-
bi videri debet cū celebras: aut missā audis: ac
si eodē die christus p̄mū in vterū virginis descē-
dēs hō factus esset: aut in cruce ꝓ salute hoīȝ pa-
teret᷑ ⁊ moret᷑. ¶ Qꝫ vtile sit sepe cōicare. Ca. iii
Ecce ego venio ad te domine vt bene mihi
sit ex munere tuo et letificer in conuiuio
sancto tuo: quod parasti in dulcedine tua pau-
peri deus. Ecce in te est totum quod desiderare
possum et debeo tu salus mea ⁊ redemptio: spes
et fortitudo: decus ⁊ gloria. Letifica ergo hodie
amimam serui tui: quoniam ad te domine iesu

aīaȝ meā leuaui. Desidero te nūc deuote ac re
uerēter suscipere. cupio te in domū meā intro-
ducere quatenus cū ȝacheo merear a te benedi
ci ac inter filios abrahe cōputari. Anima mea
corpus tuū ꝯcupiscit: cor meū tecū vniri deside-
rat. Trade te mihi et sufficit. Nā preter te nul-
la cōsolatio valet: sine te esse nequeo: et sine vi-
sitatione tua viuere ñ valeo. Ideoqȝ oportet me
frequēter ad te accedere ⁊ ī remediū salutꝫ mee
recipe; ne forte deficiā ī via si fuero celesti frau-
datus alimonia. Sic enī tu misericordissime ie
su predicās populis et varios curans lāguores
aliquādo dixisti. Nolo eos ieiunos dimittere ī
domū suā ne deficiāt in via. Age igit̃ hoc mo
do mecū qui te pro fideliū ꝯsolatōe in sac̄mēto
reliqsti. Tu es enī suauis refectio aīe ⁊ qui te di
gne mādūcauerit ꝑticeps et heres erit et̃ne gl̃e
Necessariū qdē mihi ē qui tā sepe laboro ⁊ pec
co tā cito torpesco et deficio: vt ꝑ frequētes orō-
nes et ꝯfessiones et sacrā tui corpis ꝑceptioneȝ
me renouē mūdē: ⁊ accēdā: ne forte diutius ab-
stinēdo a sācto ꝓposito defluā. Proni eī sūt sēsus
hominis ad malū ab odolescētia sua: et nisi suc
curat diuina medicina: labit̃ homo mox ad pe
iora. Retrahit ergo sācta cōmunio a maloꝝ cō-
fortat in bono. Si eī modo tā sepe negligēs sum
et tepid⁹ qñ cōico aut celebro: quid fieret si me-

delā nō sumerē⁊ tā grāde iuuamē n̄ q̄rerē? .Et licet oī die nō sim aptus nec ad celebrādū bene dispositus:dabo tn̄ operā ꝯgruis tp̄ibus diuina ꝑcipere mysteria ac tāte gr̄e ꝑticipem me exhibere. Nā hec est vna p̄ncipalis fidelis aīe ꝯsolatio q̄diu peregrinat᷑ a te ī mortali corpore:vt sit sepius memor dei sui:dilectū suū deuota suscipiat mente. O mira circa nos tue pietatis dignatio ꝙ tu dn̄e deus creator⁊viuificator oīm spirituum ad pauperculam dignaris venire aīam:⁊ cū tota deitate tua ac humanitate eius impinguare esuriem. O felix mens et beata anima q̄ te dn̄m deum suū meretur deuote suscipere ⁊ in tua susceptōe spirituali gaudio repleri. O q̄ magnū suscipit dn̄m: q̄ dilectū inducit hospitē:q̄ iocūdū recipit sociū: q̄ fidelem acceptat amicū:q̄ speciosū ⁊ nobilē amplectit᷑ spōsū:pre oībus dilectis et sup oīa desiderabilia amādū. Sileāt a facie tua dulcissime dilecte meus celū ⁊ terra ⁊ oīs ornat⁹ eorū: quoniā quicquid laudis hn̄t ac decoris ex dignatione tue ē largitatis : nec ad decorē tui ꝑueniēt noīs cui⁹ sapiē nō ē numer⁹.

¶ ꝙ mlt̄a bona p̄stāt᷑ deuote cōmunicantibus d Omīe de⁹ me⁹ ꝑueni ¶ Ca.iiii.

O seruum tuū in benedictionibus dulcedinis tue vt ad tuum magnificum sacramentū digne ac deuote merear accedere. Excita cor me

uꝫ ĩ te:⁊ a ğ͂aui corꝑe exue me Visita me ĩ salu
tari tuo ad gustãdũ in spũ tuã suauitatẽ:que in
hoc sacramẽto tãq̃ in fonte plenarie latet. Illu-
mina quoqꝫ oculos meos ad intuendũ tm̃ my-
steriũ:et ad credendũ illud indubitata fide me
robora. Est.n.operatõ tua nõ hũana potẽtia tu
a sacra institutio nõ hoĩs adinuentio Nõ enim
ad hec capiẽda et intelligenda aliquis ydoneꝰ
per se reperit̃: que ãgelicã etiã subtilitatẽ tran
scendũt. Quid ğ ego pctõr ĩdignus terra ⁊ cinis
de tã alto sacro secreto potero inuestigare ⁊ ca
pere? Dñe in simplicitate cordis:in bona firma
fide et in tua iussione ad te cũ spe et reuerentia
accedo et vere credo quia tu pñs es hic in sacr̃o
deus et hõ. Vis ğ vt te suscipiã et meipm̃ tibi ĩ
charitate vniã. Vnde tuã precor clemẽtiã ⁊ spe
tialẽ ad hoc imploro mihi donari grãꝫ vt totus
in te liquefiã et aõre perfluã atqꝫ de nulla alie
na ꝯsolatõe amplius me intromittã. Est.n. hoc
altissimũ et dignissimũ sacramẽtũ:salꝰ aĩe ⁊ cor
poris:medicia oĩs spũalis languoris:in q̃ vitia
mea curãt̃:passiones frenãt̃:tentatões vincuntur
ac minuunt̃:grã maior infũdit̃:virtus ĩcepta au
get̃:firmat̃ fides:spes roborat̃: et charitas igne
scit ac dilatat̃. Multa nãqꝫ bona largitꝰ es ⁊ ad
huc sepiꝰ largiris ĩ sacr̃o dilectis tuis deuote cõ
municantibꝰ deꝰ meꝰ susceptor aĩe mee: reꝑator

infirmitatis hūane et totius dator ꝯsolatōis interne. Nā multā ipsis ꝯsolatōez aduersas varias tribulatōes infūdis: et de imo deiectiōis ꝓp̄e ad spē tue ꝓtectōis erigis: atq; noua q̄dā gratia eos intꝰ recreas ꝛ illustras: vt q anxii primū ꝛ sn̄ affectōne se ante coiōnē senserāt: postea refecti cibo potuq; celesti in meliꝰ se mutatos inueīāt. Qd ī ī ideo cū electis tuis ita dispensāt agis vt veraciter agnoscāt et patenter experiātᷣ q nihil ex semetipsis hēant: et qd bonitatꝭ ac gr̄e ex te ꝯsequātᷣ: quia ex semetipsis frigidi duri ac indeuoti: ex te aūt feruentes alacres ꝛ deuoti eē merentᷣ. Quis. n. ad fōtē suauitatꝭ hūilitᷣ accedēs n̄ modicū suauitatꝭ in̄ reportat? aut q̄s iux̄ ignē copiosū stās n̄ parū calorꝭ inde pcipit. Et tu fōs es sp̄ plenꝰ ꝛ s̄r̄hn̄dās ignis iugitᷣ ardēs et nūq̄ deficiēs. Vn̄ si mihi nō lꝫ haurire de pleītudīe fōtꝭ necvsq; ad satietatē potare: apponā tn̄ os meuꝫ ad foramē celestis fistule vt saltēꝫ īde gutulam modicā capiā ad refocillādā sitī meā vt n̄ peitꝰ exarescā. Et si necdū totꝰ celestꝭ ꝛ tā igitꝰ vt seraphi ꝛ cherubī eē possū: cōabor tn̄ deuotōi īsistē ꝛ cor meū p̄parare vt vlᷣ modicā dīni īcēdii flammā ex hūili sūptōe viuifici sacr̄i ꝯqrā. q cqd aūt mihi deē bōe iesu saluator scīssīe: tu ꝓ me suple bēigne ac gr̄ose: q ōs ad te digtꝰ es vocar̄ dicēs Veīte ad me ōs q laboratꝭ ꝛ oērati estꝭ ꝛ eᵒ r̄ficiā

vos. Ego quidem laboro in sudore vult⁹ mei do
lore cordis torqueor: pctis oneror: tẽtationib⁹ in
quietor: multis malis passionibus implicor ⁊ p̃
mor ⁊ nõ est qui adiuuet nõ est qui liberet ⁊ sal
uũ faciat nisi tu dñe deus saluator me⁹ cui com
mitto me et oĩa mea vt me custodias et perdu-
cas in vitã eternã. Suscipe me in laudẽ et glori
am noĩs tui qui corpus tuũ ⁊ sãguinẽ i[n] c[i]bũ et
potũ mihi parasti. Presta dñe de⁹ salutaris me⁹
vt cũ frequẽtatõe mysterii tui crescat mee de-
uotionis affectus. ¶ De dignitate sacramẽti
et statu sacerdotali. ¶ Capitulum. v

SI haberes ãgelicã puritatẽ et sancti iohã-
nis baptiste sãctitatẽ nõ esses dignus hoc
sacramẽtũ accipere nec tractare. Nõ eni h[oc] me-
ritis debet[ur] hoĩz ꝙ homo cõsecret et tractet chri
sti sacramẽtum et sumat in cibum panẽ angelo
rũ. Grãde mysteriũ et magna dignitas sacerdo
tũ: quibus datum est quod ãgelis nõ est ꝯcessũ
Soli nãq[ue] sacerdotes in ecc[les]ia rite ordinati po-
testatẽ hñt celebrãdi et corp⁹ christi cõsecrandi
Sacerdos quidẽ minister est dei vtẽs verbo dei
per iussionẽ ⁊ istitutõnẽ dei. De⁹ ãt ibi principa
lis est auctor et inuisibilis operator cui subest oẽ
quod voluerit et paret oẽ q[uo]d iusserit. Plus ergo
credere debes deo oĩpotẽti i hoc excellẽtissimo
sacr[a]mẽto q[uam] p[ro]prio sensui aut alicui signo visibili.

Ideoq̃ cũ timore et reuerẽtia ad hoc opus ẽ ac
cedẽdũ Attende igitur ⁊ vide cuius ministeriũ
tibi traditum est per ĩpositionez manus episco-
pi Ecce sacerdos factus es et ad celebrãdum cõ
secratus: vide nũc vt fideliter et deuote in suo tẽ
pore deo sacrificiũ offeras et teipm̃ irreprehen-
sibilem exhibeas. Nõ alleuiasti on⁹ tuũ sed ar-
tiori iam alligat⁹ es vinculo disciplĩe: et ad ma-
iorem teneris perfectionem sanctitatis. Sacer-
dos omnibus virtutib⁹ debet esse ornat⁹: et aliis
bone vite exemplũ prebere. Eius cõuersatio nõ
cũ popularibus et cõibus hominũ viis: sed cum
ãgelis in celo aut cũ perfectis viris in terra. Sa
cerdos sacris vestibus indutus christi vices ge-
rit vt deũ pro se et ꝑ oĩ populo suppliciter et hũi
liter roget. Habet nãq̃ ante se ⁊ retro dñice cru
cis signũ ad memorãdam iugiter christi passio
onem. Ante se crucem in casula portat vt chri
sti vestigia diligent̃ inspiciat et sequi feruẽt̃ stu
deat. Post se cruce signatus est vt aduersa queli
bet illata ab aliis clemẽter pro deo toleret Añ
se crucez gerit vt propria peccata lugeat post se
vt alioꝝ etiam cõmissa ꝑ cõpassionẽ defleat: et
se mediũ inter deũ et pctõrẽ ꝯstitutuz esse sciat:
nec ab oratione: nec ab oblatione scã torpescat:
donec gratiã et mĩsericordiã ĩpetrare mereatur.
Qñ sacerdos celebrat: deũ honorat: ãgelos letifi

cat:eccl'iaȝ edificat:viuos adiuuat:defūctis req
em p̄stat:et sese omniū bonoꝝ pticipē efficit
¶ Int'rogatō de exercitio añ ꝯmunionē. Ca. vi
CVm tuaȝ dignitatē dn̄e et meaȝ vilitatē
ꝯpenso: valde ꝯtremisco ⁊ in meip̄o ꝯfūdor
Si.n.nō accedo: vitaȝ fugio:et si indigne me in
gessero offēsam incurro. Quid ergo faciaȝ deus
meꝰ auxiliator meꝰ:et ꝯsiliator in necessitatibꝰ
Tu doce me viaȝ rectā ꝓpone breue aliqd̄ exer
citiū sacre cōioni ꝯgruū. Vtile ē.n. scire q̄liter
s. deuote ac reuerenter tibi preparare debeam
cor meū ad recipiendū salubriter tuū sacramē-
tū seu etiā celebrandū taȝ magnū et diuinū sa-
crificiū. ¶ De discussione ꝓprie ꝯsciētie et emē
datōis proposito. ¶ Capitulū. vii.
SVper omnia cū sūma hūilitate cordis et
supplici reuerētia cū plena fide et pia intē
tione honoris dei ad hoc sacramētuȝ:celebran-
duȝ:tractandū:et sumēduȝ: oportet dei accede-
re sacerdotem. Diligent' examina ꝯscientiā tu
am et pro posse tuo vera cōtritiōe et humili cō
fessione eam nuda et clarifica:ita vt nil graue
habeas aut scias quod te remordeat ⁊ liberū ac
cessum impediat. Habeas displicentaȝ oīȝ pec-
catoꝝ tuorū in generali:et pro quotidianis ex-
cessibus magis in speciali doleas et gemas et si
tempus patit' deo in secreto cordis cūctas con-

fitere passionū tuarū miserias. Ingemisce et do
le ꝙ adhuc ita carnalis sis ꝛ mūdanus tā īmor
tificatus a passionib⁹: tā plenus ꝯcupiscētiaruꝫ
motibus:tam incustoditus in sensibus exterio-
ribus:tam sepe multis vanis fantasiis implica-
tus:tā multū inclinatus ad extiora:tā negligēs
ad interiora:tam leuis ad risū ꝛ dissolutionē: tā
durus ad fletum et ꝯpūctionē:tā ꝓmptus ad la-
xiora et carnis comoda:taꝫ segnis ad rigorē et
feruorē:tā curiosus ad noua audiēda ꝛ pulchra
intuēda:tā remissus ad humilia ꝛ abiecta āple
ctēda:tā cupidus ad multa hñda: ꝛ tam parcus
ad dādum:tā tenax ad retinēdum:tā incōside-
ratus in loquēdo:tā incōtinēs ad tacendū:tā in
cōpositus in morib⁹:tā importun⁹ in actib⁹: taꝫ
effusus sup cibū:tam surdus ad dei verbū:tā ve-
lox ad quietē:tam tardus ad laborē:taꝫ vigilās
ad fabulas:tā sōnolētus ad vigilias sacras:tā fe
stinus ad finē:tā vagus ad attēdēdum:tā negli
gens in horis persoluendis:tā tepidus in cele-
brādo:tam arid⁹ in cōicando:tam cito distract⁹
tam raro tibi bene collect⁹: tam subito cōmot⁹
ad iram:tā facilis ad altius displicētiā:tā ꝓnus
ad iudicādū:tā rigidus ad arguēdū:tā letus ad
prospera:tam debilis in aduersis:tam sepe mul
ta bona proponēs et modicum ad effectuꝫ ꝑdu
cēs. His ꝛ aliis defectib⁹ tuis cū dolore ꝛ magna

displicentia ꝓprie infirmitatis confessis ac deploratis firmū statue propositū semp emēdandi vitā tuā et in melius ꝓficiēdi. Deinde cū plena resignatōe et integra volūtate offer teipm̄ in honorē noīs mei in ara cordis tui holocaustū ꝑpetuū. corpus tuū scilicꝫ et aīam mihi fideliter cōmittēdo q̄tenus sic digne merearis ad offerēdum deo sacrificiū accedere ⁊ sacramētū corporis mei salubriter suscipe. Nō est enī oblatio dignior ⁊ satisfactio maior pro peccatis diluēdis q̄ seipm̄ pure ⁊ integre cū oblatiōe corporis christi in missa ⁊ in cōione deo offerre. Si hō fecerit qđ in se ē ⁊ vere penituerit: q̄tiēscūqꝫ ꝓ veīa ⁊ grā ad me accesserit viuo ego dicit dominꝰ: qa nolo mortē peccatoꝝ: sed magis vt ꝯuertat̃ ⁊ viuat: q̄niam peccatoꝝ suorū nō recordabor āplius: sed cūcta sibi indulta erūt. ¶ De oblatione christi in cruce ⁊ ꝓpa resignatione. ¶ Ca. viii.

SIcut ego meipm̄ expāsis ī cruce maībꝰ et nudo corpe ꝑ pctīs tuis deo patri spōte obtuli: ita vt nihil ī me remaneret qn totū in sacrificium diuine placationis transierit: ita debes ⁊ tu temetipm̄ mihi volūtarie in oblationē purā et sāctam quotidie in missa cum oībus viribus et affectibus tuis/ quāto intimius vales offerre Quid magis a te reqro q̄ vt te studeas mihi ex ītegro resignare? Quicquid preter teipꝫ das ni

hil curo:quia nō quero datū tuū sed te. Sicut nō sufficeret tibi oībus habitis pret̄ me:ita nec mihi placere poterit quicq̄d dederis te non oblato. Offer te mihi et da te totū pro deo et erit accepta oblatio. Ecce ego me totū obtuli patri: ꝓ te dedi etiā totū corpus meū et sanguinē in cibuꝫ vt totus tuus essem ꝛ tu meus ꝑmaneres. Si āt in teipō steteris nec spōte te ad volūtatē meā obtuleris: nō est plena oblatio nec integra erit īter nos vnio. Ideo oīa opa tua precedere debet spōtanea tuiipīus in manꝰ dei oblatio si libertateꝫ ꝯsequi vis et grām. Ideo tā pauci illuīnati ꝛ liberi intus efficiūtur:quia seipōs ex toto abnegare nesciūt: ē firma sētentia mea nisi quis renūtiauerit oībus nō potest meus esse discipulꝰ. Tu ergo si optas meus esse discipulus:offer teipm mihi cū oībus affectibus tuis. ¶ q̄ nos et omia nostra deo debemꝰ offerre et ꝓ oībꝰ orare.

¶ Capitulum nonū.

DOmine omnia tua sūt q̄ in celo sūt ꝛ in terra. Desidero meipm tibi in spōtaneā oblationem offerre et tuus perpetue ꝑmanē. Domine ī simplicitate cordis mei offero meipm tibi hodie ī fuū sēpitnū:in obsequīū ꝛ sacrificiū laudis ꝑpetue. Suscipe me cū hac scā oblatiōe tui p̄ciosi corpis quā tibi hodie ī p̄ntia āgeloꝝ: īuisibilit̄ assistētiū offero:vt sit ꝓ me ꝛ ꝓ cūcto pplo tuo ī sa

lutē. Dn̄e offero tibi oīa pctā ⁊ delicta mea q̄ cō
misi corā te ⁊ scīs āgelis tuis a die q̄ p̄mū pec-
care potui vsq; ad diē hanc sup placabili altari
tuo: ut tu oīa parit̄ īcendas ⁊ ꝯburas igne chari
tat̄ tue: et deleas vniuersas maculas pctōꝝ meo
rū: et ꝯsciam meā ab oī delicto emūdes et resti
tuas mihi grāz tuā quā peccādo amisi oīa mihi
plene indulgendo ⁊ in osculū pacis me misicor
diter assumēdo Quid possū agē p pctis meis: ni
si hūiliter ea ꝯfitēdo et lamētādo ⁊ tuā ppitiati
onē incessant̄ depcādo? Depcor te exaudi me p
pitius vbi asto corā te de⁹ me⁹. Omia pctā mea
mihi maxīe displicēt. Nolo ea vnq̄ āpli⁹ ppetra
re sz p eis doleo ⁊ dolebo q̄diu vixero: pat⁹ peitē
tiā agē ⁊ p posse satiffacē. Dimitte mihi ds. Di
mitte mihi pctā mea ppter nomē scm̄ tuū salua
aīaz meā quā pcioso sāguīe redeīsti. Ecce ꝯmit
to me mīe tue: resigno me in maībus tuis: age
mecū fm bonitatē tuā nō fm meā maliciā ⁊ in
iqtatē. Offero etiā tibi oīa bona mea: q̄uis val-
de pauca ⁊ īpfecta vt tu ea emēdes et scīfices: vt
ea grata hēas et accepta tibi facias ⁊ sp ad me
liora t̄has nec nō ad btm̄ ⁊ laudabilē finez me
pigrꝝ ⁊ iutilē homūtōez pducas. Offero q; tibi
oīa d̄sideria d̄uotoꝝ necessitates parētū amico
rū frz: sororꝝ oīmq; charoꝝ meoꝝ ⁊ eoꝝ q mihi
vl̄ aliis ppt̄ aōrez tuū bn̄fecerīt ⁊ q orōes ⁊ missas

ꝑ se suisq̧ oib⁹ dici a me ꝯsiderauerit et petierit siue ī carne adhuc viuāt siue iā sclo ꝯfuncti sint vt oēs sibi auxiliū grē tue opē ꝯsolatōis ꝓtectiōez a piculis libatōez a penis adueīre sētiāt: ⁊ vt ab oib⁹ malis erepti grās tibi magnificas leti ꝓsoluāt. Offero etiā tibi pces ⁊ hostias placatōis ꝓ illis spālit q me ī aliq leserit: ꝯtristauerit aut vitupauerit vl aliqđ dānū vel grauamē ītulerit: ꝓ his q̧ oib⁹ q̄s aliqn̄ ꝯtristaui ꝯturbaui grauaui ⁊ scādalizaui vbis fcis scient ⁊ igrant vt nob oib⁹ pit ĩdulgeas pctā nr̄a ⁊ mutuas offēsiōes Aufer dnīe a cordib⁹ nr̄is oēz suspitionez īdignatōem: irā ⁊ disceptatōez ⁊ qcqd pōt charitatez ledere ⁊ fratnā dilectōez minuē. Misere miserere dn̄e miam tuā poscentib⁹ da grām īdigentib⁹: et fac nos tales existere vt sim⁹ digni grā tua ꝑfrui: et ad vitā ꝑficiam⁹ eternā. Amen ❡ q sacra cōio de facili nō est relinquenda. ❡ Ca. x

FRequenter recurrēdum est ad fontez gratie et diuine misericordie ad fontem bonitatis et totius puritatis quatenus a passionib⁹ tuis et vitiis curari valeas et contra vniuersas tentationes et fallacias diaboli fortior atq̧ vigilantior effici merearis. Inimicus sciens fructū et remedium maximum in sacra communiōe positum omni modo et occasione nititur fideles et deuotos q̄tum preualet retrahere ⁊ īpedire. Cū

